NICOLAI PEROTI PONTIFICIS SYPONTINI AD PYRRHVM PEROTVM NEPOTEM EX FRATRE SVAVISSIMVM RVDIMENTA GRAMMATICES.

DA litteras. A.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.ſ.t.u.x.y.z. Da ſalutatiōem beatæ Virginis. Aue Maria gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus uentris tui Ieſus: Sancta Maria mater dei ora pro nobis peccatoribus. Amen. Da orationem dominicam. Pater noſter q es in celis ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua: ſicut in cælo & in terra. Panem noſtrum quottidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen. Da ſymbolum. Credo in deum Patrem omnipotentē creatorem cæli & terræ. Et i Ieſum Chriſtum filium eius unicum dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto: natus ex Maria uirgine. Paſſus ſub pontio pilato: crucifixus: mortuus & ſepultus Deſcendit ad inferos tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad cælos: ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Credo i ſpiritum ſanctum: & ſanctam eccleſiam catholicam: Sanctoꝝ cōmunionem: Remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem: Vitam eternam. Amē.

Quare optima a principio docenda ſunt? Quia tenacius hærent quæ nudis animis percipiuntur: ut ſapor quo noua imbuuntur: maxime durat.

Quare Pertinacius hærent: quæ deteriora ſunt? Quia bona facile mutantur in peius: nunq̄ in bonum uitia uertuntur.

Cur paulatim inſtruendi ſunt pueri? Quia ſicut uaſcula anguſtioris ſuperfuſam liquoris copiam ſic animi puerorum quæ nimia ſunt reſpuūt: ſenſim autem in ſtillationibus complentur.

Quomodo utēdum eſt remiſſionibus? Ita ut nec odium ſtudiorum faciant negatæ: nec ocii conſuetudinem nimiæ.

Quod eſt primum ingenii ſignum in pueris? Memoria.

Quod ſecundum? Imitatio.

Quotuplex eſt uirtus memoriæ? Duplex. Quæ? Facile percipere & fideliter cētinere. Cur in arte grāmatices prius inſtruendi ſunt pueri? Quia hæc eſt initium & fundamentum omnium diſciplinaꝝ: nec poteſt ad ullius rei ſum/

mam niſi precedentibus initiis perueniri.

Quid eſt grammatice? Eſt ars recte loquendi: recteq; ſcribendi: ſcriptorum: & poetarum lectionibus obſeruata

Grammatica. Vnde dicitur grammatice? a potu grammaton hoc eſt a litteris. Latine.n. litteraria dicitur q̃ ex litteris ſyllabæ fiant: ex ſyllabis dictiones: ex dictionib⁹ oratio: ex quibus diſciplina grammatices conſtituitur.

Quot ſũt partes grãmatices? Quattuor. Quæ. Littera: ſyllaba: dictio: et oro. Littera ut p. ſyllaba ut pyr. dictio ut pyrrh⁹: oro ut pyrrh⁹ incumbit uirtuti.

Quid eſt littera? Eſt minima pars uocis compoſitæ.

Quid eſt uox? Eſt aer ictus auribus accidens.

Vnde dicitur uox? a potu boao: quod eſt uoco.

Quid eſt uox. Quotuplex eſt uox? quadruplex. Articulata quæ ab aliquo ſenſu mẽtis ꝑficiſcitur. Inarticulata quæ a nullo ſenſu mẽtis ꝑficiſcitur. Litterata quæ ſcribi põt. Illiterata quæ ſcribi nõ põt. Articulatarũ aũt quædam poſſunt ſcribi ut Pirrhus: quædam nõ poſſunt ſcribi ut ſibili & gemitus hominum. Inarticulatarum etiã quædam ſcribi poſſunt: & litteratæ ſunt ut coax & cra: quædã ſunt illiteratæ: & ſcribi nõ poſſunt: ut ſtrepitus mugitus & ſimilia.

Littera Vnde dicta eſt littera? Littera dicta eſt: quaſi legitera: q̃ legentibus iter præbeat: uel a litturis: quia ueteres in cæratis tabulis ſcribebant.

Litteræ quot accidunt? Tria Nomen: figura: & poteſtas.

Quid intereſt inter litteras & elementa? Elementa dicuntur ipſæ ꝓnunciationes. littere uero ſunt ſigna elementorum: abuſiue tamen & litteræ pro elementis: & elementa pro litteris ponuntur.

Quot ſunt litteræ ſiue figuræ elementorum? Viginti duæ: a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z.

Quot ſunt uocales? Sex: quinq; latinæ. a e i o u: & una græca ypſilon.

Conſonantes quot ſunt? Sexdecim: b c d f g k l m n p q r s t x z.

Ex conſonantibus quot ſunt mutæ? Nouem: b c d f g p q t. k

Quare dicũtur mutæ? quia incipiunt a ſeipſis: & deſinunt in uocales.

Quot ſunt ſemiuocales? Septem: l m n r ſ x z.

Semiuocales unde Quare dicuntur ſemiuocales? quia omnes fere a uocalibus incipientes & in ſe deſinentes ſimilem fere uocalibus ſonum habent.

Quot ſunt liquidæ quattuor: l m n r.

Quare dicuntur liqdæ: quia poſt mutas poſitæ in eadem ſyllaba faciunt præcedentem ſyllabam breuem eſſe communem, ut in pharetra.

Quot ſunt duplæ? duæ: x z.

Duple Quare dicuntur duplæ? qa ponuntur ꝓ duabus litteris. X enim ponitur pro c & ſ. Z uero ponitur pro duplici ſſ: ut greciſſo græcizo: i etiam & u ſi in principio dictionis ponanť: ſequente uocali: conſonantes ſunt ut iuno & uenus Si uero in medio dictionis ponantur non compoſitæ inter duas uocales: duplicium uim habent: ut maia & audiui.

H quare non ponitur inter litteras? quia non eſt littera: ſed aſpirationis nota
Quot ſunt uocales præpoſitiuæ? Tres a e o.
Quot ſunt ſubiunctiuæ? Duæ: e & u.
Quare dicunt ſubiunctiuæ: quia ſubiunctæ præpoſitiuis diphthõgos faciũt.
Quot ſunt diphthongi? quinque æ œ au eu & ei.
Quot ſunt diphthongi quæ ſcribuntur & non proferuntur? Tres æ œ ei.
Quot ſunt diphthongi quæ ſcribuntur & proferuntur? Due. au & eu.
Diphthongi ſunt longæ uel breues? Semper ſunt longæ niſi interdum ſequente uocali: ut apud Virgilium: Stipitibus duris agitur: ſubdibuſue præuſtis.

De ſyllaba.

Quid eſt ſyllaba? Eſt comprehenſio litterarum: quæ ſub uno accentu & uno ſpiritu profertur.
Vnde dicitur ſyllaba a potu ſyllambanin quod eſt comprehẽdere. licet abuſiue ſingularum uocalium ſonos ſyllabas nominamus. Syllaba.
Syllabæ quot accidunt? quattuor. Tenor ſpiritus: tempus & numerus.
Quot ſunt tenores ſyllabarũ? tres. Acutus. grauis & circunflexus.
Quot ſunt ſpiritus ſyllabarum? duo. aſper & lenis. Spiritus.
Quot ſunt tempora ſyllabarum? tria: Breue: longum: & medium: quibus omnis ſyllaba uel breuis uel longa uel communis efficitur.
Numerus quare accidit ſyllabæ? quia aut unius litteræ eſt ſyllaba: ut a: aut duarum ut ab: aut trium ut ars: aut quattuor ut mars: aut quinque ut ſtans: aut ſex ut ſtirps. Maioris autem numeri q̃ ſex litterarum nulla apud latinos ſyllaba inuenitur.

De Dictione.

Dictio quid eſt? Eſt minima pars orationis conſtructæ.
Quæ differentia eſt inter ſyllabam & dictionem? Syllaba eſt pars dictionis: & nihil per ſe ſignificat. Dictio autem per ſe ſignificat.
Dictio unde dicitur? a dicendo ꝙ dicat aliquid: hoc eſt ſignificat.
Quot ſyllabarum eſt maxima dictio apud latinos? Tredecim: ut Dioclitianopolitaniſſimorum.

De Oratione.

Quid eſt oratio? Eſt ordinatio dictionum congruam ſententiam perfectamq; demonſtrans. Oratio.
Partes orationis quot ſunt? octo. Nomen: uerbum: participium pronomen: præpoſitio: aduerbium: interiectio: & coniunctio.
Quot ſunt partes orationis declinabiles? quattuor. Nomen uerbum participium & pronomen.
Quot ſunt partes orationis indeclinabiles? quattuor. Præpoſitio: aduerbium interiectio: & coniunctio.

Quid eſt nomen: eſt pars orationis cum caſu: corpus aut rem proprie communiterue ſignificans.

Vnde dicitur nomen: Nomē dicitur quaſi notamen ꝗ hoc notemus uniuſcuiuſq; ſubſtantiæ qualitatem. Vel a græco quod eſt onoma.

Quot accidunt nomini? quinq;. ſpecies genus numerus figura & caſus.

Quotuplex eſt nomen? duplex. Subſtantiuum: & adiectiuum.

Quod eſt nomen ſubſtantiuum: Eſt illud cui præponitur unum articulare tā/tum: ut hic liber uel duo ad ſummum: ut hic & hæc homo.

Quotuplex eſt nomen ſubſtantiuum? duplex: proprium: & appellatiuum.

Quod eſt nomen proprium? quod uni ſoli conuenit: ut Pyrrhus & Penelope.

Quod eſt appellatiuum? quod eſt commune multorum: ut hic leo.

Quod eſt nomen adiectiuum? quod uariatur per tres diuerſas uoces: ut ꝓbus ba bum. uel per tres articulos: ut hic & hæc & hoc fœlix.

Quot ſunt ſpecies nominum tam propriorum ꝙ appellatiuorum? Duæ. Primitiua: ut iulus mons. Deriuatiua: ut iulius & montanus.

Spēs pro/priorū no/minum. Quot ſunt ſpecies propriorum nominum? quattuor. Prænomē quod præponitur differentiæ cauſa ut Caius. Nomen quod eſt cuiuſq; proprium: ut paulus. Cognomen quod eſt cognationis commune: ut Scipio: Agnomen quod ab aliquo euentu imponitur: ut africanus.

Spēs pri/mitiuorū. Quot ſunt ſpecies tam primitiuorum ꝙ deriuatiuorum nominum cōmunes? uigintiquinq;. Corporale: incorporale: omonymum: ſinonymum: ꝓprium: appellatiuum ſubſtātiuum adiectiuū: ad aliqd dictū: quaſi ad aliqd dictum: gētile: patrium: interrogatiuū: infinitum: relatiuum: collectiuū. diuiduū: fictitium: generale: ſpeciale: ordinale: numerale: abſolutum: temporale: locale.

Quod eſt nomen corporale? quod corpus ſignificat: ut homo.

Quod incorporale? quod non ſignificat corpus: ut uirtus.

Omonyma quæ ſunt? quæ uoce nō ſignificatiōe cōueniunt: ut nepos filius filii: uel luxurioſus.

Quæ ſunt ſinonyma? quæ nō uoce ſed ſignificatione cōueniunt: ut enſis gladius mucro.

Quod eſt ad aliquid dictum? quod ſine intellectu eius ad quod dicitur proferri nō poteſt? ut filius pater.

Quaſi ad aliquid dictum quod eſt? quod quāuis habeat aliquod cōtrarium & quaſi ſemper adhærens: tamē neq; ipſo nomine ſignificat etiam illud: nec ſecum interimit: ut nox dies.

Gentile quod eſt? quod gentem ſignificat: ut græcus latinus.

Patrium quod eſt? quod a patria ſumitur: ut Romanus.

Quid eſt interrogatiuum? quod cum interrogatione profertur: ut quis qualis quantus quotus.

Infinitum quod eſt: quod eſt interrogatiuo contrarium: ut quis qualis quātus: cum graui accētu proferuntur.

Relatiuum quod eſt? quod refert antecedẽs: ut qui quæ quod: talis & tantus.
Collectiuum quod eſt? quod in ſingulari numero multitudinem ſignificat: ut populus.
Diuiduum quod eſt? quod a duob⁹ uel a plurib⁹ ad ſingulos habeat relatõem uel ad plures i numeros pariter diſtributos: ut uterq̧ alter quiſq̧ ſinguli.
Fictitium quod eſt? quod a proprietate ſonorum factum eſt: ut turtur grus taratantara.
Quod eſt generale? quod i diuerſas ſpecies poteſt diuidi: ut animal arbor.
Quod eſt ſpeciale? quod a genere diuiditur: ut homo laurus.
Quod eſt ordinale? quod ordinem ſignificat: ut primus ſecundus.
Quod eſt numerale? quod numerum ſignificat: ut unus duo.
Quod eſt abſolutum? quod per ſe itelligitur: ut ens deus.
Quod eſt temporale? quod tempus ſignificat: ut menſis annus.
Quod eſt locale? quod locum ſignificat: ut propinquus lõginquus.
Quot ſunt deriuatiuorum nominum ſpecies propriæ: nouem: patronymicũ: poſſeſſiuum: cõparatiuum. ſuperlatiuum: diminutiuum: denominatiuum: uerbale: participale: aduerbiale.
Quod eſt nomẽ patronymicum: quod a nominibus propriis patrum deriuatur ſecũdum formam grecam: & ſignificat cum gtõ primitiui filium uel nepotem: ut æacides filius uel nepos æaci. Patrõymicum
Quod eſt nomen poſſeſſiuum? quod cum gẽitiuo. primitiui ſignificat aliquid eorum quæ poſſidẽtur: ut Euãdrius enſis. i. enſis Euãdri.
Comparatiuum quod eſt? quod ſignificat magis cum poſitiuo: ut fortior. i. magis fortis.
Quæ nomia comparãtur? Appellatiua dũtaxat qualitatem aut quãtitatem ſignificãtia: qualitatem ut bonus malus: quãtitatem: ut magnus paruus.
Comparatiuum cui caſui ſeruit? Ablatiuo utriuſq̧ numeri ſine præpoſitiõe: dicimus enim doctior illo: uel doctior illis.
Superlatiuum quod eſt? quod pſe ꝑlatum itellectum habet cum ualde aduerbio ſui poſitiui: uel ad plures ſui generis cõparatum ſupponitur omnibus: ut Aeneas piiſſim⁹. i. ualde pius: optimus teucroꝝ. i. bonus ſup oẽs. teucros.
Superlatiuum cui caſui ſeruit? Genitiuo tantum plurali: dicimus enim doctiſſimus poetarum. Diminutiuum quod eſt? quod diminutiõem ſui deriuatiui abſolute demonſtrat: ut regulus: ideſt paruus rex.
Quot cauſis proferuntur dimĩutiua? tribus. Neceſſariæ ſignificatiõis: urbanitatis: & adulatiõis gratia: ut tãtilus: ingeniolum: corculum.
Denominatiua quæ ſunt? quæ a nomine deriuãtur: ut a ſaxo ſaxoſus.
Verbalia quæ ſunt? quæ a uerbo deriuantur: ut a domo domitor.
Participalia quæ ſunt: quæ a participiis deriuãtur: ut amãdus & reuerẽdus: hoc eſt dignus amari et reuereri.
Aduerbialia quæ ſunt? quæ ab aduerbiis deriuantur: ut hodiernus craſtinus.

Genera noium

Quot ſunt genera nominum? ſeptem. Maſculinū: fœmininum: neutrum: cõmune: omne: pmiſcuū & incertum. Maſculinum cui preponitur unum articulare pnomen hic: ut hic Pyrhus. Fœmininum cui præponit̃ unū articulare pronomẽ hæc: ut hæc penelope. Neutrum cui præponitur unū articulare pnomen hoc: ut hoc animal. Cõmune cui duo articularia pronomina preponuntur hic & hæc: ut hic et hæc homo. Omne cui tria articularia pnomia præponunt̃: ut hic & hæc & hoc fœlix. Promiſcuum quod & epicœnū dicitur: quod ſub una uoce & uno articulo denotat animalia utriuſq; ſexus: ut hic paſſer: & hæc aquila. Incertum quod nulla ratione cogẽte ſola auctoritas ueterum ſub diuerſo genere protulit: ut hic uel hæc ſilex: finis: talpa: cortex: grux: dāma: dies: margo: bubo: panthera: clunis: ſerpens: lynx: aluus: adeps uel adipes. Prima Regula.

Propria uirorum Pyrrhus cui⁹ generis? Maſculini. quare? quia omnia nomina ppria uirorum cuiuſcunq; ſint terminatiōis: maſculini ſunt generis. Secunda Regula.

Penelope cuius generis? Fœminini. quia omnia nomia mulierum cuiuſcunq; ſint terīatiōis fœminini generis ſunt: ut Penelope: Gliceriū. Tertia Re.

Noia arborum Pirus cuius generis? Fœminini: quia omnia nomina arborum fœminini: ſunt generis: fructuum uero & lignoꝝ ut pleraque neutri. Excipiuntur hic oleaſter & hæc ficus pro fructu: nam hoc ſiler. hic rubus: & hic dumus nō numerantur inter arbores. Quarta Regula.

Noia menſium Aprilis cuius generis? Maſculini. quia omnia nomina menſium ſunt maſculini generis. Quinta Regula.

Noia numeralia Decem cui⁹ generis? omnis. qa oia nomina numeralia a quattuor uſq; ad centum ſunt omnis generis: & indeclinabilia: cætera uero & declinantur: & diſcreta ſunt: præter mille: quod triū geneꝝ & indeclinabile eſt. Sexta Re.

Noia fluuiorum Metaurus cuius generis? maſculini. qa omnia nomina fluuiorum ſunt generis maſculini. Septima Regula.

Conuiua cuius generis: communis. qa omnia nomina cuiuſcunque ſint terminationis ſi ex ipſa ſignificatione rerum ad mares uel fœminas ſolum pertinẽt maſculini uel fœminini ſunt generis. Sint utriuſq; ſexus eſſe poſſunt: niſi diuerſas habeant uoces: communia ſunt. Si in ſignificatione neutris etiā coniungi poſſunt: omnis ſunt generis: ut hic uir: hæc mulier: hic & hæc parricida: hic & hæc & hoc ſoſpes. Octaua Regula.

Bonus cuius generis? maſculini. quia eſt prima uox adiectiui. Bona? Fœminini. quia eſt ſecunda uox adiectiui. Bonum? neutri. quia eſt tertia uox adiectiui. Nona Regula.

Noia in a Muſa cuius generis? fœminini. quia omnia nomina latina quæ in nominati

no ſingulari deſinunt in a fœminina ſunt: ut aqua: cæra: pluralia uero quæ
deſinunt in a neutra ſunt: ut arma. Decima Regula.
Græca noīa cuius generis? græca quæ in as uel in is longam deſinunt & ſimili Græca no
ter in a apud eos deſinētia neutra: & quæcunq; terminatiōem ſuam ſeruāt: mina in as
genus ſuum apud nos ſeruant: ut hic boreas: crater: titā: Soſia: poeta: ſche/ uel in is
ma: & reliqua. Vndecima Regula.
Cubile cuius generis? neutri: quia omnia nomina quæ i nominatiuo ſingulari
in e correptam uel in i deſinunt. neutra ſunt ut monile gummi. Excipiuntur in e
a genitiuis cōpoſita omnis generis: ut eiuſmodi. Nam nihil: frugi: mancipi:
obliqui ſunt caſus cum omnibus caſibus & generibus figurate adiuncti.
Duodecima Regula.
Sermo cuius generis? maſculini: qa omnia nomina quæ in nominatiuo ſingu/
lari in o deſinunt: niſi ſint uerbalia antecedēte i: & niſi i do uel i go exeant: o in o
in i mutātia i genitiuo: fœminini ſunt generis: præter hic ordo cardo & cupi
do pro deo: ut hæc actio oratio dulcedo origo: maſculina ſunt: præter caro
carnis: quod eſt fœmininum. Margo tam maſculini q̄ fœminini generis in/
uenitur: Virgo cōmunis etiā generis inuenit̄. Decimatertia Regula.
Cornu cuius generis? neutri: qa omnia nomina i u uel in e uel in d uel in l uel i in u
m uel i t i nominatiuo ſingulari deſinentia neutra ſunt: ut genu lac aliquod
ceruical templum caput. Excipitur hic ſal quod tamen apud ueteres neutrū Sal
inuenitur: hic pugil: hic ſol: hic & hæc præſul: exul: uigil: hic & hæc & hoc al
nequam. Decima quarta Regula.
Nomen cuꝰ generis? neutri. quia omnia nomina in n deſinentia ſi producūt in n
ultimam: aut ſi a canēdo componūtur maſculina ſunt. Sin corripiunt: niſi a
canēdo compoſita neutra ſunt: ut hic lien ren ſplen hoc ſolamen ſemen fla/
men: hic tubicen cornicen fidicen. Excipitur hic pecten hic flamen ꝓ ſacer/
dote. Græca uero i n genus ſuum ſeruāt: ut hic titan: hæc ſyren: hic delphin
hæc eleuſin. Decimaquinta Regula.
Laquear cuius generis? neutri. quia omnia nomina deſinētia i ar neutra ſunt: ar
ut inſtar lacunar. Excipitur hic boſtar. hic lar. hic & hec & hoc par & ſua Boſtar
compoſita. Decimaſexta Regula.
Cācer cuius generis? maſculini. quia omnia nomina i er deſinētia maſculina er
ſunt præter nomia tertie declinatiōis b uel u loco cōſonātis ante r habētia:
uel terræ fœtus ſignificātia: ut hic puer ager auſter: hoc tuber ſuber cada/
uer: hoc ſiler papauer cicer. Excipitur hic imber & ab eo cōpoſita ſeptember
mulciber: hoc iter ſpinter cancer pro morbo. Degener pauper uber commu/
nis uel potius omnis ſunt generis. Decima ſeptima Regula.
Vir cuius generis? maſculini. quia i ir deſinētia nomia maſculina ſunt ut hic le/ ir
ſtir treuir abadir. Excipiuntur hoc gadir. & hoc ir. Decimaoctaua Re.
Honor cuius generis? maſculini. qa i or nomina deſinentia maſculina ſunt: ut or
labor lector: præter comparatiua quæ communis ſunt generis. Excipiun/

tur hic ſenior: hæc arbor: hoc marmor æquor ador cor: & hic & hæc mēmor immemor: & a decore corpore uel colore compoſita: quæ cōmunia ſunt: ut dedecor bicorpor diſcolor. Auctor etiã eſt cōmunis generis: niſi cum eum ſi/gnificat q auget: tunc enim auctrix facit fœmininũ. Decimanona Reg.

Robur cuius generis? neutri qa i ur deſinētia nomia neutra ſunt. ut iecur gut/tur: præter noia deo℞: uel gētilia: uel appellatiua auium x uel t ante ur ha/bētia: quæ maſculina ſunt: ut anſur aſtur turtur furfur. Verbalia uero quæ hoibus imponūt ſi ſunt tertiæ declinatōis cōia: ut augur fur triſur: qb⁹ addi/tur ligur. Sin ſecundæ: maſculina: ut ſatur. Vigeſima Regula.

Ciuitas cuius generis? fœminini. quia in as deſinētia nomia fœminina ſunt: ut pietas: præter patria & gētilia: quæ cōmunia ſunt: ut arpinas capenas ar/chas. Excipiunt hic mas maris: uas uadis: as aſſis. hoc ũa s uaſis fas nefas: & nugas omnis generis & indeclinabile. Vigeſimaprima Regula.

Gurges cuius generis? maſculini. quia i es correptam deſinētia: quæ nullam ſi/gnificatiōis naturalem cōmunionem habēt cum fœmininis maſculia ſunt: ut trames limes. Excipiuntur duo in ges: ut hæc ſeges & teges compes dies: item inquies quod omnis generis inuenitur. Vigeſima ſecūda Regula.

Clades cuius generis? fœminini: quia in es productam deſinentia fœminina ſunt: ut labes. Excipitur hic uerres pro porco: & dies quod i ſingulari incerti generis eſt: in plurali maſculini ſemper: ſicut ab eo compoſitum meridies: & hic pes pedis. Vigeſimatertia Regula.

Claſſis cuius generis? fœminini. qa in es deſinētia nomia fœminina ſunt. Ex/cipiuntur habētia n uel duas cōſonātes in eadem ſyllaba: uel duplicem con/ſonātem ante is: & quæ penultimam ſyllabam una ex liquidis terminant: uel una ſyllaba creſcunt i gētiuo quæ maſculina ſunt. Excipitur hic caulis. hæc bipēnis. hæc peſtis febris: neptis: ueſtis uallis: turris: peluis: pellis: cuſpis: caſ/ſis: lis. Moralis cum adiectiuum eſt communis eſt generis: cum ad dentē uel ad lapidem refertur mas eſt: Rudis cum uirgam ſignificat: qua gladiatores donabātur: fœmininum eſt: Finis & clunis incerti ſunt generis.

Vigeſimaquarta Regula.

Flos cuius generis. maſculini quia in os deſinētia maſculina: ſunt præter cos glos dos fœminina & cuſtos ſacerdos bos compos impos: communia: & os oris & os oſſis neutra. Vigeſimaquinta Regula.

Ventus cuius generis. maſculini: quia in us correptam deſinētia ſecundæ & quartæ declinatiōis maſculina ſunt: ut annus ſexus. Excipiunt hæc criſtal/lus coſtus phaſellus arctus: item hæc acus humus aluus: preterea hæc dom⁹ colus. Item anus nurus ſocrus & manus tribus & porticus. Idus tantum plu rale: hoc pelagus. hoc acus aceris purgamētum frumēti: uulgus tam maſcu/linum q̃ neutrum iuenitur: hoc etiam uirus & pus ideclinabilia. Specus uero & penus tam maſculini q̃ fœminini & neutri generis eſſe inueniuntur.

Vigeſimaſexta Regula.

Munus cuius generis? neutri. quia ī us correptam deſinētia tertiæ decliationis neutra ſunt. Excipitur hic lepus: hæc uenus: hic & hæc ligus: hic & hæc & hoc uet⁹: hæc pecus pecudis: nā hoc pec⁹ pecoris facit. Vigeſimaſeptia Re.

Rus cuius generis? neutri. quia in us productam deſinentia monoſyllaba neutra ſunt: ſupra ſyllabam uero fœminina: ut crus thus iuuentus ſenectus incus. Excipiuntur hic mus: hic & hæc ſus: grus. Vigeſima octaua Regula.

In aus deſinētia: fœminina ſunt: ut laus fraus. Vigeſimanona Regula. aus

In æs diphthongon? unum mas præs prædis & unum neutrum inuenitur æs æris. Trigeſima Regula.

In t deſinētia: neutra ſunt: ut caput occiput. Trigeſimaprima Regula. t

Pax cuius generis? fœminini. quia ī x deſinētia nomina fœminina ſunt ut fornax nox nix: niſi e ante a. habeāt ſupra ſyllabam: nec ſit fœt⁹ terræ: tunc eñi maſculina ſunt ut ueruex uertex exlex pulex culex apex cimex. Excipiuntur hæc pellex obex ſuppellex uibex: preterea hic rex. grex calix uarix fornix frutex natrix & anguis genus hic uel hæc cortex ſilex. Secūdū ꝙ uerbalia ī trix quis ſint fœminina in obliqs tamē caſibus ī plurali neutris etiam iunguntur: ut uictricia tollite ſigna? & uictrici ſigno. Trigeſimaſecunda Regula. x

Ars cuius generis? fœminini. quia in duas deſinētia conſonantes monoſyllaba fœminina. ſupra ſyllabam uero maſculina ſunt: ut gens fors ſcrobs ops frōs mors mens puls trabs lens urbs ſtirps: hic manceps auceps dodrans triens q̄drans adeps forceps. Excipiūt hic mons fons pons dens: & hec cohors hyēs. In duas cō ſonantes.

Quid in his agēdum in quibus ueteres genera confuderunt? Frequētiori auctorum uſui adhærendum eſt. De numero.

Quid eſt numerus? Eſt diſcretionis forma: quæ diſcretionem quantitatis facere poteſt.

Quot ſunt numeri nominum? duo Singularis ut homo. Pluralis ut homines. De figura.

Quot ſunt figuræ nominum? Tres. Simplex compoſita & decōpoſita Simplex ut animus. Compoſita ut magnanimus. Decompoſita ut magnanimitas.

Quot modis nomina componuntur? quattuor. Ex duobus integris ut ſuburbanus. Ex duobus corruptis ut efficax municeps. Quot modis cōponitur nomē.

Ex integro & corrupto: ut īſulſus ineptus. Ex corrupto & integro: ut nugigerulus. Aliquando ex compluribus: ut inexpugnabilis imperterritus.

De caſu.

Quid eſt caſus? Eſt motus: caſualium dictionum: qui maxime fit in fine.

Quot ſunt caſus nominum? ſex. Nominatiuus: genitiuus: datiuus: accuſatiuus: uocatiuus & ablatiuus.

Vnde dicuntur caſus? A cadendo: ꝙ quaſi a recto cadere uideantur. unde rectus improprie dicitur caſus.

Littere nominum terminales. Quot ſunt litteræ terminales nominum quibus latini utūtur? quatuordecim Vocales quinq; a e i o u. Semiuocales ſex l m n r s x. Mutæ tres c d t.

Declinationes. Quot ſunt declinatiões nominum? quinq;. Prima cuius genitiuus ſingularis in æ diphthongon: uel ſi græca ſint nomina in es longā deſinit: ut muſa muſæ: rhetorice rhetorices. Secunda cui⁹ genitiu⁹ ſingularis in i productam deſinit: ut herus heri. Tertia cuius genitiuus ſingularis in is correptam deſinit: ut pater patris. Quarta cuius genitiu⁹ ſingularis in us uel in u ꝑductam deſinit: ut uiſus uiſus & cornu cornu. Quinta cuius genitiuus ſingularis i ei diuiſas ſyllabas deſinit: ut dies diei.

De Prima declinatione.

Prima declinatio ꝑ quot genera declinatur? Tria: maſculinum: fœmininum: & commune.

Prima Regula.

Nominatiuus primæ declinationis quot terminationes habet? quattuor a e as es. & unam hebræam: ut poeta: rhetorice. Aeneas: Anchiſes: Abraam.

Secunda Regula.

Genitiuus & datiuus ſingularis & nõiatiu⁹ & uocatiu⁹ pluralis in æ diphthõgon deſinunt ſemꝑ. exceptis genitiuis ſingularibus eoꝝ quæ terminant in e longum: q genitiui terminãt in es ut rhetorice rhetorices.

Tertia Regula.

Accuſatiuus ſingularis in am uel in an uel in en terminatur: ut poetam Aenean anchiſen.

Quarta Regula.

Vocatiu⁹ ſingularis in a facit: uel in e quãdo uenit ab es uel ab e: uel in am quãdo uenit ab am ut o Aenea anchiſe rhetorice abraam.

Quinta Regula.

Ablatiuus ſingularis in a deſinit: uel in e quando fit ab es uel ab e. ut poeta anchiſe rhetorice.

Sexta Regula.

Genitiuus pluralis in arum deſinit: & plærunq; per cõciſionem in um: ut troiugenarum & troiugenum.

Septima Regula.

Datiuus & ablatiuus pluralis in is deſinunt. Fœminina tamen pauca tranſfigurata ex maſculinis non habentibus neutra quæ per ſexum diſcernuntur: faciunt datiuum & ablatiuum in bus: ut natabus: filiabus: libertabus: aſinabus: his adduntur animabus ambabus duabus.

Octaua Regula.

Accuſatiuus pluralis ſemper terminatur in as.

De modo examinandi.

Poeta quæ pars eſt? Nomen eſt. Quid eſt nomen? Eſt pars orationis cum caſu corpus aut rem proprie cõmuniterue ſignificans. poeta eſt pars declinabilis aut indeclinabilis? Declinabilis. Quot ſunt partes oratiõis declinabiles? quattuor. Nomen uerbum participium & pronomen.

Partes orationis. Quot ſunt partes oratiõis indeclinabiles? quattuor præpoſitio: aduerbium interiectio: & cõiunctio: Quare dicitur nomen: quaſi notamen q hoc notemus uniuſcuiuſq; ſubſtantiæ qualitatē. uel a græco quod eſt onoma. Nomini quot accidũt? qnq;. Species: genus: numer⁹: figura: & caſus. Cui⁹ ſpeciei:

deriuatiuæ. Vnde deriuatur? a poeſis. Q uot ſunt ſpecies noium? duæ. Primitiua ut iulus & mons. Deriuatiua ut iulius & montanus. Q uale nomē eſt? Subſtantiuū. Q uare? qa præponit̃ ei unum articulare tantum ut hic poeta. Q uotuplex eſt nomē? duplex. ſubſtantiuū & adiectiuū. Subſtātiuum cui præponit̃ unum articulare tātum: ut hic liber: uel duo ad plus: ut hic & hæc homo. Et adiectiuum quod uariat̃ p tres diuerſas uoces ut probus ba. bum: uel tres articulos: ut hic & hæc & hoc fœlix. Q uale nomē ſubſtantiuū ē poeta? appellatiuū. Q uotuplex eſt nomē ſubſtātiuū? duplex. Q uod? propriū quod uni ſoli cōuenit: ut pyrrhus & penelope. Et appellatiuū quod eſt cōe multorum ut homo leo. Cuius ſpeciei tam primitiuorum q̃ deriuatiuoꝝ eſt poeta? Corporalis: qa corpus ſignificat. Q uot ſunt ſpecies tam primitiuoꝝ q̃ deriuatiuoꝝ noium? Vigintiquinq;. corporale: icorporale: omonymum: ſimonimum: ꝓpriū: appellatiuum: ſubſtātiuum: adiectiuū: Ad aliqd dictū: Q uaſi ad aliqd dictū: Gētile: patriū interrogatiuū: infinitum: relatiuū: collectiuū: diuiduum: fictitiū: generale: ſpeciale: ordinale: numerale: abſolutū: temporale: locale. Cui⁹ ſpeciei deriuatiuoꝝ ꝓprie? denominatiuæ: qa a noie deriuatur. quod eſt poeſis. Q uot ſunt deriuatiuoꝝ nominum ſpecies proprie? nouem. Patronymicum: poſſeſſiuum: cōparatiuum: ſuplatiuum: diminutiuū: denominatiuū: uerbale: participale: aduerbiale. Cui⁹ generis poeta? maſculini. quia preponitur unum articulare pronomē hic. Q uot ſunt genera nominum: ſeptem. Maſculinū cui præponit̃ hic: ut hic pirrhus. Fœmininum cui hæc: ut hæc penelope. Neutrū cui præpōit̃ hoc ut hoc animal. Cōmune cui hic & hæc: ut hic & hæc homo. Omne cui tria articularia ꝓnoia ꝑponunt̃. ut hic & hæc & hoc fœlix. promiſcuū quod ſub una uoce & uno articulo denotat animalia utriuſq; ſexus: ut hic paſſer hæc aquila: incertum quod nulla ratiōe cogēte ſola auctoritas ueterum ſub diuerſo genere ꝓtulit: ut hic uel hæc ſilex: finis: talpa & reliqua. Poeta p quam regulā eſt generis maſculini. Per decimā de generib⁹: qua notat̃ ꝙ omnia nomina græca q̃ in as uel in is lōgam deſinunt: & ſimiliter i a apud eos deſinētia neutra: & quecūq; termiationē ſuā ſeruāt: gen⁹ ſuū apud nos ſeruāt: ut hic boreas: titā: Soſia: poeta: & reliq. Pria decliatio p quot genera decliat̃? tria. Maſculinū: fœmininū & cōe. Cui⁹ numeri poeta: ſingularis qa ſingulariter ꝓfert̃. Q uid eſt numerus? eſt dictionis forma quæ diſcretionem quātitatis facere poteſt. Q uot ſunt numeri noium? duo. Singularis ut homo: pluralis ut hoies. Cuius figuræ poeta? ſimplicis. quare? qa ſimpliciter profert̃. Q uot ſunt figuræ nominum? Tres. ſimplex ut animus. Compoſita ut magnanimus. Decompoſita ut magnanimitas. Q uot modis nomina componuntur? quattuor: ex duobus integris ut urbanus. Ex duobus corruptis ut efficax municeps. Ex integro & corrupto ut ineptus, inſulſus. Ex corrupto & integro ut nugigerulus. Aliquando ex pluribus ut impterritus. Capſis quomodo componiturē? Ex pluribus corruptis: cape ſi uis. Poeta cuius caſus? nominatiui: uocatiui & ablatiui ſingula/

Duplex eſt nomen.

Species tā primitiuorū quā deriuatiuorum

Deriuatiuoꝝ nominum ſpēs

ris: qte qa in talib⁹ calib⁹ declinādo repit. Poetæ cuius caſus? genitiui & dati ui ſingularis noīatiui & uocatiui pluralis. In hoc loco Poeta currit: Poeta cu ius caſus? noīatiui: qa eſt ſuppoſitū hui⁹ uerbi currit: quod reqrit ante ſe noīa tiuum. Quid eſt caſus? Eſt motus caſualium dictionum: q maxime fit i fine. Vnde dicitur caſus a cadendo: quod quaſi a recto cadere uideatur: unde re/ ctus improprie dicit̃ caſus.

Caſus

Quot ſunt caſus nominum? Sex: nominatiuus: genitiuus: datiu⁹: accuſatiuus: uocatiuus & ablatiu⁹. Qua littera terminat̃ poeta? a uocali. Quot ſunt termīales litteræ quibus latini utūtur? xiiii. Vo/ cales quinq͡ a e i o u. Semiuocales ſex l m n r ſ x. Mutæ tres c d t. Quot ſunt declinationes nominum? quinq͡. Prima cuius genitiuus ſingularis in æ diph thongon: uel in es longam deſinit: ut poeta poetæ: rhetoricæ rhetorices. Secunda cuius genitiuus & reliqua ut ſupra. Poeta cui⁹ declinatiōis? primæ qa eius genitiuus ſingularis in æ diphtōgon deſinit. Nominatiuus ſingula/ ris primæ declinationis quot terminationes habet? quattuor a e as es: & unā hebræam am: ut poeta rhetorice: Aeneas: Anchiſes: Abrahām. Poeta quo modo facit ī genitiuo? facit in genitiuo & datiuo ſingulari: & nominatiuo & uocatiuo plurali poetæ. Per quam regulam? p ſecundam declinationis: qua dicitur ꝙ genitiuus & datiuus ſingularis: & nominatiuus & uocatiuus plu/ ralis in æ diphtōgon deſinunt ſemper: exceptis genitiuis ſingularibus eorum quæ terminant in e longum qui genitiui terminant in es.

Poeta quomodo facit ī accuſatiuo ſingulari? poetam. Per quam regulam? per tertiam primæ declinatiōis: qua notatur ꝙ accuſatiu⁹ ſingularis ī am uel in

an uel i en

an uel in en termīatur: ut poetam: Aenean: Anchiſen. Quomodo facit ī uo catiuo ſingulari? facit ī uocatiuo & ablatiuo ſingulari poeta. per quam regu/ lam? per quartam & quintam primæ declinatiōis: qbus notatur: ꝙ uocatiu⁹ & ablatiuus ſingularis in a terminātur uel in e quādo ueniunt ab es uel ab e. ut o Aenea Anchiſæ rhetoricæ: ab Aenea Anchiſæ rhetoricæ. Quomodo facit ī genitiuo plurali? poetarum. per quam regulam? per ſextā primæ decli/ nationis: qua notatur ꝙ genitiuus pluralis in arum deſinit: & plerumq͡ per conciſionem in um: ut troiugenarum & troiugenum. Quomodo facit ī da/ tiuo plurali? facit in datiuo & ablatiuo plurali poetis. per quam regulam per ſeptimam primæ declinationis: qua notatur ꝙ datiuus & ablatiuus plura'is in is deſinunt. Fœminina tamen pauca & reliqua. Poeta quomodo facit ī ac cuſatiuo plurali? poetas: per quam regulam? per octauam primæ declinatio/ nis: qua notatur ꝙ accuſatiuus pluralis ſemper terminatur in as.

Poeta quomodo declinatur?

Noīatiuo hic poeta. Gēitiuo huius poetæ. Dtō huic poetæ. Actō hunc poetā. Vocatiuo o poeta. Ablatiuo ab hoc poeta. Et pluraliter nomīatiuo hi poete. Genitiuo horum poetarum. Datiuo his poetis. Accuſatiuo hos poetas. Vo/ catiuo o poetæ. Ablatiuo ab his poetis.

Ntō hæc muſa. Gtō huius muſæ. Datiuo huic muſæ. Actō hanc muſam. Vo

catiuo o muſa: Abltō ab hac muſa. Et pluraliter ntō hæ muſæ. Gtō harum
muſaꝝ. Dtō his muſis. Actō has muſas. Vtō o muſæ. Abltō ab his muſis.
Ntō hic & hæc aduena. Gtō huius aduenæ. Dtō huic aduenæ. Actō hūc &
hāc aduenam. Vtō o aduena. Abltō ab hoc & ab hac aduena. Et pluraliter
ntō hi & hæ aduenæ. Gtō horum & harum aduenatum. Dtō his aduenis.
Actō hos & has aduenas. Vocatiuo o aduenæ. Ablatiuo ab his aduenis.

De Secunda Declinatione. Prima Regula.

Pria regu/la

NOminatiuus ſecundæ declinationis quot termina/
tiones habet? Sex: Er ir us um eus: ut caper alexā/
der hiber hiſpanus & fluuius: qui etiam hiberus
dicitur: quod ſolum produxit er in hac declinatio/
ne & ab eo compoſitum celtiber: nam pro gente
quæ eſt iuxta armenos hiber hiberis dicitur. In ir
& in ur latinorum tantum maſculinorum ut uir — Hiber
& ſatur: in us ut platanus: in um neutrorum. figu/
rate fœmininorum: ut regnum Glycerium: in eus
græca tantum & maſculina: ut Theſeus Tideus.

Secunda declinatio per quot genera declinatur? Tria. Maſculinum. fœmini
num & neutrum. Secunda Regula. — Secunda regula
Gtūs ſingularis in i deſinit. Et in ir uel in ur uel in eus deſinētia: una ſemp ſylla
ba uincūt in gtō: in us uero & in um pares habēt ſyllabas. Tertia Regula. — Tertia re/gula
Dtūs & abltūs ſecūdæ decliatiōis fiūt a gtō i mutata in o: ut hui⁹ luciferi. huic
& ab hoc lucifero. hui⁹ Tiphœi: huic & ab hoc Tiphœo. Quarta Regula. — Quarta re/gula
Accuſatiuus ſingularis ſecundæ declinationis deſinit i um: ut priamum The
ſeum. Græca uero in eus deſinunt etiam in a. Cætera uero i on terminātur:
ut Theſea Priamon. Quinta Regula. — Quinta re/gula
Vocatiuus ſingularis ſecundæ declinatiōis quādo in r uel in m deſinit ntūs ſi/
milis ei eſt. in eus uero deſinentibus propriis græcus eſt uctūs: qui a ntō fit ab
lata s: ut o Theſeu. in us deſinentia mutata us in e faciunt uctūm: ſi tamen
ante us i ſit in propriis: abiecta us facimus uctūm: ut Virgilius o Virgili. Di/
cimus etiam fili pro filie. Dicunt etiam chriſtiani deus agnus uulgus popu/
lus pelagus fluuius in uocatiuo. Sexta Regula. — Sexta regu/la
Pluralis ntūs & utūs tam maſculinus q̄ fœminin⁹ ſecundæ declinatōis ſimilis
eſt gtō ſingulari. Neutri uero generis ntūs actūs & uctūs plurales finiūt i a.
In oib⁹ enim neutris tres caſus ſunt ſimiles: ntūs actūs & uctūs: & in plurali
numero ſemp deſinūt i a niſi ſint græca: ut tempe cepe. Septima Regula. — Septima.
Gtūs pluralis ſecundæ declinatōis fit in omni genere addita rum abltō ſingu
lari: ut magiſtro magiſtrorum. Multa tamen per ſyncopen dicuntur. ut de/
num ſeptenum ſenum tricenum nummum ſeſtertium modium liberum fa/
brum elementum iugerum. Octaua Regula. — Octaua
Datiuus & ablatiuus pluralis ſecundæ declinationis fiunt ab ablatiuo ſin/

Nona gulari mutata o in is longam. Nona Regula.

Decima Accuſatiuus pluralis ſecundæ declinationis tam maſculinus q̄ fœmininus ſit addita s ablatiuo ſingulari. Decima Regula.

Nomina quæ ſecundum modum pronominis declinantur ſunt octo. unus totus ſolus alius ullus uter alter quis uel qui cum ſuis compoſitis quæ etiam ſecundum mobilium noium regulā ueteres declinabāt præter qs: neuter tamē neutra neutrum cum utroq̧ mō ſicut ſimplex ſuū diceret: apud iuniores ſecundum mobilia nomina declinatur. Horum fœminina ſunt una tota ſola alia ulla altera utra: quæ Neutra: unū ſolum totum aliud ullum alterū utrū quid uel quod: quorum genitiui unius ſolius totius alius ullius utrius: & corripiunt & producunt penultimam. Alterius ſemper corripit.

Nominatiuo hic magiſter. Gtō huius magiſtri. Dtō huic magiſtro. Actō hūc magiſtrum. Vocatiuo o magiſter. Ablatiuo ab hoc magiſtro. Et pluraliter nominatiuo hi magiſtri. Genitiuo horum magiſtrorū. Datiuo his magiſtris. Accuſatiuo hos magiſtros. Vocatiuo o magiſtri. Ablatiuo ab hīs magiſtris.

Nominatiuo hæc pinus. Gtō huius pini. Datiuo huic pino. Accuſatiuo hanc pinum. Vocatiuo o pinus. Ablatiuo ab hac pino. Et pluraliter nominatiuo hæ pini. Genitiuo harum pinorum. Datiuo his pinis. Accuſatiuo has pinos. Vocatiuo o pini. Ablatiuo ab his pinis.

Ntō hoc templum. Gtō huius templi. Dtō huic templo. Actō hoc templum. Vocatiuo o templum. Abltō ab hoc templo. Et pluraliter ntō hæc templa. Genitiuo horum templorum. Datiuo his templis. Actō hec templa. Vocatiuo o templa. Ablatiuo ab his templis.

Ntō ullus ulla ullum. Gtō ullius. Dtō ulli. Actō ullum ullam ullum. Ablatiuo ab ullo ab ulla ab ullo. Et pluraliter nominatiuo ulli ullæ ulla. Gtō ullorum ullarum ullorum. Dtō ullis. Actō ullos ullas ulla. Ablatiuo ab ullis.

De Tertia Declinatione. Prima Regula.

Tertia declinatio Tertia declinatio per quot genera declinatur? per omnia.

Q uot ſunt terminationes noium tertiæ declinationis? Q uinquaginta quattuor. quæ? in a ut pœma: in e ut monile: in o ut leo: in ac ut lac in ec ut alec: in id hebræa & barbara ut dauid: in al ut ſal: in el ut mel: in il ut pugil: in ol ut ſol: in ul ut conſul: in an ut titan: in en ut ſplen: in in ut phorcyn: in on ut ſidon: in ar ut par: in er ut pater: in ir ut gadir: in or ut amor: in ur ut turtur: in as ut pallas: in es ut comes: in is ut collis: in os ut compos: in us ut lepus: in abs ut trabs: in ebs ut celebs: in ibs ut calybs: in obs ut ſcrobs: in urbs ut urbs: in uls ut puls: in ems ut hyems: in ans ut dodrans: in ens ut dens: in ins ut tyrins: in ons ut frons: in uns ut aruns: in aps ut daps. i eps ut manceps: in ips ut cynips: in ops ut ops mater deorum. in irps ut ſtirps: in ax ut fax: in ex ut fex: in ix ut fœnix: in ox ut uelox: in ux ut crux: i æs ut præs: in aus ut fraus: in ut ut caput: in alx ut calx: in anx ut lanx: in arx ut arx: in unx ut coniunx. Secunda Regula.

Genitiuus ſingularis tertie declinatiõis in is correptam deſinit: Excipitur uis huius uis quod producitur. Secũda re/gula

Tertia Regula.

Dtũs ſingularis tertiæ declinatiõs fit a gtõ abiecta s. Tercia

Quarta Regula.

Accuſatiuus ſingularis tertiæ declinatiõis fit a gtõ ſingulari mutata is i em: in is tamẽ terminata propria uel græca ſimilem habẽtia ntũm gtõ: i im ter/minãt accuſatiuum ut tybrim: ararim: Neapolim. Præterea latina hæc inueniuntur turrim tyberim: burim: ſecurim: pupim: ſitim: reſtim: peluim: tuſſim maguderim: pũppem etiam & ſecurem & turrem & reſtem inenies: in græ/cis uero tam in hac q̃ in aliis declinatiõibus græca termiatio in a inuenit̃: ut pæana titana. Quarta de actõ

Quinta Regula.

Vocatiu⁹ ſingularis tertiæ declinatiõis, ſimilis eſt noĩatiuo ſingulari: niſi ſit uocatiu⁹ græcus: qui fit a noĩatiuo ablata s. uel a genitiuo ablata tis: ut thebai Chalcas: Palla: Xenophon. Quinta de uocatõ

Sexta Regula.

In e neutra correptam niſi ſint propria ſimilem habẽt ablatiuum ſingularem dtõ ſingulari: ut ab hoc mari natali monili. Excipitur ab hoc gauſape quod ueteres & hic gauſapes & hec gauſapa & hoc gauſape & gauſapiũ dixerũt. Sexta de abltõ

Similiter in ar neutra & ĩ al penultimã in obliquis ꝓducẽtia: & ĩ er & in is ad/iectiua ſi faciunt in e neutra: & quæ in im tãtum terminãt accuſatiuum & in is uel in er noĩa menſium: in i productam faciunt ablatiuum ſingularem: ut tribunali lupanari celeri utili tybri aprili ſeptẽbri. Excipitur ab hoc farre.

Oĩa uero q̃ in ĩm uel ĩ em faciũt accũm et quæ oĩs generis ſunt & quæ ĩ uis uel ĩ ctis uel ĩ ptis uel ĩ mnis uel ĩ gnis uel ĩ guis exeũt: & noĩa fere quæ duas ante is cõſonãtes ĩ eadẽ hẽnt ſyllaba cõpatiua & ſimiliter oĩa ĩ x fœminina uerba/lia: & circũflexa. quæ apud ueteres ĩ tis deſinebãt: tam in e q̃ in i faciunt ablatiuũ ut ſecure uel ſecuri: uigile uel uigili: uetere uel ueteri: pare uel pari: ino/pe uel inopi: ancipiti: naue uel naui: uecte uel uecti: nepte uel nepti: amne uel amni: igne uel igni: angue uel angui: poſte uel poſti: minore uel miori: uictri/ce uel uictrici: arpiate uel arpiati. Hoſpes & ſoſpes cum ſint oĩs generis hoſpite & ſoſpite faciũt nec ſunt cõtra regulam cum habeãt femininum in a. Ex/cipitur ueſtis teſtis peſtis: & pauper degener uber q̃ p e ſolam faciũt abltũm.

Memore uel memori dicitur quoniam ntũs memoris & hoc memore dictum eſt: ut cõcorde uel cõcordi. Inuenitur etiam cõcordis & hoc concorde ſicut amentis & hoc amẽte. Omnia nomia tertiæ declinotiõis præter ſupradicta in e faciunt abltũm: ut parte claſſe. Auctoritas tamen & in i quãdoq; ꝓfert: ut Virgilius: adductum æneam claſſi.

Septima Regula.

Nominatiuus pluralis: tertiæ declinatiõis in maſculinis fœmininis & cõmu/nibus fit a genitiuo ſingulari mutata is in es: ut matres fœlices. Excipiuntur ſardis tralis alpis ſyrtis: quæ is productam habent pro græca diphtongo. Septĩa no/miatiui pluralis

Neutra uero ſi ablatiuus in i ſolam uel in i & in e deſinit præter comparatiua correpta i & addita a. Si uero in e ſolam ſimiliter comparatiua mutata e in a faciunt ntũm pluralem: ut monilia paria fœlicia tempora maiora. Excipiun

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tur uetera ludrica pluria uel plura aplustria uel aplustra. Octaua Regula.

Octaua gti pluralis — Genitiu⁹ pluralis tertie declinatõis cum in i ſolum uel in e & in i deſinit abla/tiuus i ium facit: ut ſedili ſedilium fœlici uel fœlice fœlicium. Comparatiua uero in um faciunt: ut a maiore uel maiori maiorum: a minore uel ri minorꝝ. In e uero ſolam facientia ablatiuum ſi nominatiuus in duas terminat̃ conſo/nãtes: in ium faciunt: ut fonte fontium: frõte frontium. Exceptis in ms uel in ps ſi nõ ſint a capite cõpoſita quæ in um faciunt ut hyemum: municeps mu/nicipum. A capite: cõpoſita in ium terminant gtũm: ut triceps tricipitium. Quæ uero gtũm parem habẽt ntõ in ium faciũt: ut collis collium cædes cæ/dium. Excipitur iuuenum canum panum. Vet⁹ uigil memor ſupplex artifex q̃uis in e & in i terminẽt abltũm: nõ tamẽ in ium ſed i um faciunt gtũm. Plu/ralia in es quæ carent ſingularib⁹ gtũm in ium faciũt: ut uires uirium pena/tes penatium. Similiter in is lõgam deſinẽtia: ut lis litium ſamnis ſamnitium. Nox etiam noctium facit. Cætera oia deſinunt in um ut poema poematum Excipitur boum a boue pro bouium. In es terminata pares habẽtia ſyllabas cum gtõ & in as frequẽtius per ſyncopen dicuntur. ut uatum probitatum. Nam ſupplicum artificum differentiæ cauſa dicta ſunt. Nona Regula.

Nona datiui plu. — Datiuus & ablatiu⁹ pluralis tertiæ declinationis naſcitur a genitiuo ſingulari interiecta bu: ut fœlicibus hominibus penatib⁹: excipitur bobus. Frequẽter tamen græca neutra in a: in is longam terminãt. datiuos & ablatiuos plura/les: ut poematis: probleumatis. Decima Regula.

Decima acti plural. — Actũs & uocatiuus plurales tertiæ declinatiõis ſimiles ſunt ntõ plurali: ut la/trones minores: ſyrtis: alpis. Omnia quæ habẽt ſimilẽ ntõ gtũm: & quæ in i ſolam terminãt ablatiuum: & quæ pluralia ſunt i ns & i rs deſinẽtia plærũq; per is: raro per es terminãt accuſatiuum pluralem: ut omnis alacris penatis fontis partis. In x uero deſinẽtia trium generum raro per is. plures & lites tã pes q̃ per is. Ntõ hic pater. Gtõ hui⁹ patris. Dtõ huic patri. Actõ hũc patrẽ. Vocatiuo o pater. Abltõ ab hoc patre. Et pluraliter noiatiuo hi patres. Gtõ hoꝝ patrum. Datiuo his patribus. Actõ hos patres. Vocatiuo o patres. Abla tiuo ab his patrib⁹. Ntõ hæc uirtus. Gtõ hui⁹ uirtutis. Dtõ huic uirtuti. Ac/cuſatiuo hanc uirtutem: Vtõ o uirt⁹. Abltõ ab hac uirtute. Et pluraliter ntõ hæ uirtutes. Gtõ haꝝ uirtutũ. Dtõ his uirtutib⁹. Actõ has uirtutes. Voca/tiuo o uirtutes. Abltõ ab his uirtutib⁹. Ntõ hoc opus. Gtõ hui⁹ operis. Dtõ huic operi. Actõ hoc opus. Vocatiuo o opus. Abltõ ab hoc opere. Et plurali/ter ntõ hæc opera. Gtõ hoꝝ opeꝝ. Dtõ his operib⁹. Actõ hæc opera. Voca/tiuo o opera. Abltõ ab his operibus.

Ntõ hic & hæc homo. Gtõ hui⁹ hominis. Dtõ huic homini. Actõ hũc & hãc hoiem. Vtõ o homo Abltõ ab hoc & ab hac homine. Et pluraliter ntõ hi & hæ homines: Gtõ hoꝝ & haꝝ hominũ. Dtõ his hominib⁹. Accuſatiuo hos & has homines. Vtõ o homines. Abltõ ab his hominibus.

Nominatiuo hic & hæc omnis & hoc omne. Genitiuo huius omnis. Datiuo

hui e omni. Accuſatiuo hūc & hāc omnem & hoc omne. Vocatiuo o omnis & o omne. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc omni. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ omnes & hæc omnia. Genitiuo horum & harū & horū oium. Dtō his omnib⁹. Acc͂ō hos & has omnes & hæc omnia. Vocatiuo o omnes & o omnia. Ablatiuo ab his omnibus.

Nominatiuo hic & hæc pulchrior & hoc pulchri⁹. Gtō hui⁹ pulchrioris. Dtō huic pulchriori. Accuſatiuo hunc & hanc pulchriorem & hoc pulchri⁹. Vocatiuo o pulchrior & o pulchrius. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc pulchriore uel pulchriori: Et pluraliter nomiatiuo hi & hæ pulchriores: & hæc pulchriora. Genitiuo hoꝝ & harū & horū pulchriorū. Datiuo his pulchrioribus. Accuſatiuo hos & has pulchriores & hæc pulchriora. Vocatiuo o pulchriores & o pulchriora. Ablatiuo ab his pulchrioribus.

Nominatiuo hic & hæc & hoc fœlix. Gtō huius fœlicis. Datiuo huic fœlici. Acc͂ō hunc & hanc fœlicē & hoc fœlix. Vocatiuo o fœlix. Abltō ab hoc & ab hac & ab hoc fœlice uel fœlici. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ fœlices & hæc fœlicia. Genitiuo horū & harum & horū fœlicium. Datiuo his fœlicibus. Accuſatiuo hos & has fœlices & hæc fœlicia. Vocatiuo o fœlices & o fœlicia. Ablatiuo ab his fœlicibus.

De quarta declinatione.

QVarta declinatio per quot genera declinatur? Tria maſculinum fœmininum & neutrum. Quarta d̄clinatio.

Prima Regula.

Quot terminationes habet noiatiu⁹ quartæ declinatiōis? duas in us correptam maſculinorum & fœmininorū: & in u productam neutroꝝ: quæ etiam indeclinabilia ſunt in ſingulari numero. Prima re.

Secunda Regula.

Genitiu⁹ ſingularis quartæ declinationis fit a ntō pducta us. Seconda.

Tertia Reg.

Datiuus ſingularis quartæ declinationis fit a genitiuo abiecta s & addita i penultima correpta ut currui. Tertia.

Quarta Regula.

Accuſatiuus ſingularis quartæ declinalionis fit a nominatiuo mutata s in m: ut ſenatum. Quarta.

Quinta Regula.

Vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo ut o ſenatus. Quinta.

Sexta Regula.

Ablatiuus fit a nominatiuo remota s: ut a ſenatu.

Septima Regula.

Nominatiuus accuſatiuus & uocatiuus plurales quartæ declinationis ſimiles ſunt genitiuo ſingulari: ut ſenatus.

Octaua Regula.

Genitiuus pluralis quartæ declinationis fit a nominatiuo ſingulari abiecta s & addita um: ut curruum.

Nona Regula.

Datiuus & ablatiuus plurales quartæ declinationis fiunt a nominatiuo ſingulari mutata u in i: & interpoſita bu: ut manib⁹ ſenatibus. Excipitur differentiæ cauſa artubus arcub⁹ partub⁹. portubus uero tribubus lacubus ficubus acub⁹ quercub⁹ ſpecub⁹ nulla cogente cauſa differentiæ. Nona.

Decima Re.

Neutra quartæ declinatiōis correpta u nominatiui ſingularis: & aſſumpta a faciūt nominatiuū accuſatiuū & uocatiuū plurales: in reliqs calib⁹ ſequunt̄ declinationem maſculinorū & fœmininorū: ut ſupra. Decima.

Nominatiuo hic uiſus. Genitiuo huius uiſus. Datiuo huic uiſui. Accuſatiuo hunc uiſum. Vocatiuo o uiſus. Ablatiuo ab hoc uiſu. Et pluraliter nominatiuo hi uiſus. Genitiuo horum uiſuum. Datiuo his uiſibus. Accuſatiuo hos uiſus. Vocatiuo o uiſus. Ablatiuo ab his uiſibus.

Nominatiuo hæc manus. Genitiuo huius manus. Datiuo huic manui. Accuſatiuo hāc manum. Vocatiuo o man⁹. Abltō ab hac manu. Et pluraliter ntō hæ manus. Gtō harum manuū. Dtō his manibus. Actō has manus. Vtō o manus. Abltō ab his manibus. Ntō hoc cornu. Gtō huius cornu. Datiuo huic cornu. Actō hoc cornu. Vocatiuo o cornu. Ablatiuo ab hoc cornu. Et pluraliter ntō hæc cornua. Gtō hoꝝ cornuum. Dtō his cornibus. Actō hæc cornua. Vtō o cornua. Abltō ab his cornibus.

De quinta declinatione.

Quita declinatio. QVinta declinatio per quot genera declinatur? per unum maxime fœmininum.

Prima Regula.

Quinta declinatio quot terminationes habet? Vnam in es productam.

Secunda Regula.

Genitiuus & datiuus quintæ declinationis fiunt a ntō ſingulari abiecta s: & aſſumpta i: ut fides fidei: & acies aciei.

Tertia Regula.

Accuſatiuus ſingularis quintæ declinationis fit a nominatiuo mutata s in m. ut hanc rem diem.

Quarta Regula.

Vocatiuus ſingularis & nominatiuus & accuſatiuus & uocatiu⁹ plurales quintæ declinationis ſimiles ſunt nominatiuo ſingulari.

Quinta Regula.

Abltūs ſingularis qntæ declinatiōis fit a ntō ſingulari abiecta s.

Sexta Reg.

Genitiuus pluralis quintæ declinatiōis fit a nominatiuo ſingulari abiecta s & addita rum.

Septima Regula.

Datiuus & ablatiuus plurales fiunt ab abltō ſingulari addita bus: ut diebus.

Nominatiuo hæc res. Genitiuo huius rei. Datiuo huic rei. Accuſatiuo hanc rem. Vocatiuo o res. Ablatiuo ab hac re. Et pluraliter nominatiuo hæ res. Genitiuo harum rerum. Datiuo his rebus. Accuſatiuo has res. Vocatiuo o res. Ablatiuo ab his rebus.

Nominatiuo hic uel hæc dies. Genitiuo huius diei. Datiuo huic diei. Accuſatiuo hunc uel hanc diem. Vocatiuo o dies. Ablatiuo ab hoc uel ab hac die. Et pluraliter nominatiuo hi dies. Genitiuo horum dierum. Datiuo his diebus. Accuſatiuo hos dies. Vocatiuo o dies. Ablatiuo ab his diebus.

Nominatiuo hæc ſpes. Genitiuo huius ſpei. Datiuo huic ſpei. Accuſatiuo hāc ſpem. Vocatiuo o ſpes. Ablatiuo ab hac ſpe. Et pluraliter noīatiuo hæ ſpes. Accuſatiuo has ſpes. Vocatiuo o ſpes. Reliquis caret.

Quomodo declinantur adiectiua quæ uariantur per tres uoces?

Nomīatiuo bonus bona bonum. Genitiuo boni bonæ boni. Datiuo bono bonæ bono. Accuſatiuo bonum bonam bonum. Vocatiuo o bone bona bonū. Ablatiuo a bono bona bono. Et pluraliter nominatiuo boni bonæ bona. Genitiuo bonorum bonarum bonorum. Datiuo bonis. Accuſatiuo bonos bo/

nas bona. Vocatiuo o boni bonæ bona. Ablatiuo a bonis.

Pluraliter ntõ hi duo hæ due & hæc duo. Gtõ horũ duorum harũ duarum hoꝝ duoꝝ. Dtõ his duob⁹ duab⁹ duobus. Accuſatiuo hos duos has duas & hæc duo. Vocatiuo o duo o duæ & o duo. Abltõ ab his duobus duab⁹ duob⁹.

Pluraliter ntõ ambo ambæ ambo. Gtõ amboꝝ ambarum amboꝝ. Dtõ ambobus ambabus ambobus. Actõ ambos ambas ambo. Vtõ o ambo ambæ ambo. Abltõ ambobus ambabus ambobus.

De Verbo. — De uerbo

VErbum quod eſt? eſt pars orationis declinabilis cum modis & temporibus ſine caſu agendi uel patiendi ſignificatiua.

Vnde dicitur uerbum? a uerberatu aeris: ꝗ ꝓferendo aer uerberaẗ.

Licet.n. hoc accidat omnibus partibus orationis tamen præcipue in hac dictione quaſi proprium eius accipitur: quia hac frequentius utimur in omni oratione.

Verbo quot accidunt? Octo: genus: tempus: modus: ſpecies: figura coniugatio perſona: & numerus.

Quot ſunt genera uerboꝝ? quinq̧: actiuũ: paſſiuum: neutrũ. cõe: & deponẽs

Quod eſt uerbũ actiuum? quod in o deſinẽs facit ex ſe paſſiuum in or.

Quod eſt uerbum paſſiuũ? quod in or deſinens deſcendit ab actiuo.

Quod eſt uerbum neutrũ? quod in o deſinẽs nõ facit ex ſe paſſiuum.

Quod eſt uerbum cõmune? quod in or deſinens nõ deſcendit ab actiuo: & retinet utrãq̧ ſignificationem.

Quod eſt uerbũ deponens? quod in or deſinens nõ deſcendit ab actiuo: & retinet unam ſignificationem.

Quot ſunt tempora uerboꝝ? quinq̧: præſens prætetitum impfectum præteritum pfectum: præteritum pluſquam perfectũ: & futuꝝ.

Amo cui⁹ temporis? præſentis: quia præſentem habet ſignificationem.

Amabam cuius temporis? præteriti imperfecti: quia ſignificat quod cœpit geri: & nondũ eſt perfectum.

Amaui cui⁹ temporis: præteriti perfecti: quia res perfecta monſtratur.

Amaueră cui⁹ tpis? præteriti pluſquam pfecti. qa res pridem pfecta oſtẽditur.

Amabo cui⁹ tpis? Futuri. qa res futura monſtraẗ.

De modis uerborum. — Modi uerborum

QVid eſt modus? Eſt inclinatio animi declinatiõem uerbi ſignificans.

Quot ſunt modi uerboꝝ? qnq̧. Indicatiu⁹. imperatiu⁹. optatiuus. ſubiunctiuus & infinitiu⁹.

Quis eſt modus indicatiu⁹? quo indicam⁹ qd agitur.

Quis eſt modus impatiu⁹? quo ut fiat aliqd imperam⁹.

Quis eſt modus optatiu⁹ q eget aduerbio optãdi ut pfectũ ſignificet ſenſum.

Quis eſt modus ſubiunctiu⁹ q non ſolum eget aduerbio uel cõiunctione: ueꝝ etiam altero uerbo: ut perfectum ſignificet ſenſum.

Quis eſt modus infinitiu⁹? qui caret numeris & perſonis: & eget aliquo alioꝝ modoꝝ: ut perfectum ſignificet ſenſum.

Quid iter/ eſt iter infi/ nitiuū & i/ perſonale

Quid intereſt inter infinitiuum & ipſonale: q infinitiuus altero uerbo fini/ to oīno eget. Impſonale uero pfectum actum ſignificat per omnes modos.

Indicatiuus quot tempora habet? quinq3 preſens: ptūm imperfectum: præteri tum perfectum: præteritum pluſquam perfectum & futurum.

Imperatiuus quot tempora habet? duo: præſens & futurum.

Optatiu9 quot tpa habet? duo coniuncta uidelicet præſens & præteritum im/ perfectum: ptūm perfectum & pluſq̄ perfectum & futurum per ſe.

Subiunctiuus quot tempora habet? quinq3: per ſe ſicut indicatiuus.

Infinitiu9 quot tpa habet? quinq3: duo cōiūcta & unū p ſe ſicut optatiuus.

Quam uim habet infinitiu9? Habet uim nominis rei ipſius. unde nomē uerbi dictum eſt: ut ſi dicam bonum eſt legere: ideſt bona eſt lectio.

Gerundia loco īfiniti ui

Gerundia infiniti uice fungūtur: quod ſolet apud græcos articulis iungi. Et in actiuis ac in cōmunib9 uerbis utranq3 habent ſignificationem: In neutris & deponentibus alteram.

De ſpeciebus uerborum.

Quot ſunt ſpecies uerborum? duæ: Primitiua & deriuatiua. Primiti/ ua eſt quæ primam poſitionem a natura accepit: ut ferueo. Deriua/ tiua quæ a primitiuis deriuatur ut feruеſco.

Quot ſunt ſpecies deriuatiuorum uerborum? quinq3: inchoatiua meditatiua. frequentatiua: deſideratiua. diminutiua.

Inchoa/ tiuum

Quod eſt uerbum inchoatiuū quod initium actus paſſionis primitiui ſignifi/ cat & format ſemper a ſecūda perſona primitiui addita co præter hio: quod facit hiſco. & ſua cōpoſita: ut dehiſco fatiſco. Omnia inchoatiua tertiæ ſunt coniugationis: & ſunt neutra & carent præteritis & ſupinis.

Medita/ tiuum

Quæ ſunt meditatiua? quæ deſinunt in rio: & ſignificant meditatiōem cū pri mitiuo. Formāt ab ultimo ſupino addita rio: ut eſurio: micturio. Oīa medita/ tiua ſunt q̄rtæ cōiugatiōis & ſunt neutra: & carent præteritis & ſupinis.

Frequenta tiuum

Frequētatiua ſunt quæ frequentiam actus primitiui ſignificant: ut agito: ideſt frequenter ago.

Quō formant frequētatiua? Si præteritū primitiui deſinit in gi formantur a ſecūda pſona præſentis abiecta s & addita to: ut agito: cogito: legito: quod & lectito dicit. Si nō deſinit in gi formant ab ultimo ſupino u mutata in o: a quoq3 in i breuē: ſi ſunt a pria coniugatiōe: ut merſo curſo: imperito. Oīa fre quētatiua ſunt cōiugatiōis primæ: & ſeruāt ſignificatōem primitiuoꝝ.

Deſidera/ tiua

Quæ ſunt deſideratiua? Deſideratiua ſunt quæ ſignificant infinitiuū primiti/ ui cū cupio: ut uiſo arceſſo faceſſo. i. cupio uidere: arcere facere. Oīa deſide/ ratiua ſunt tertiæ cōiugationis. Quæ ſunt diminutiua? quæ in lo deſinūt: & diminutionē ſignificant: ut ſorbeo ſorbillo. Sunt aliæ quoq3 deriuatiōes uer/ boꝝ a noībus: ut a pater patro & patriſſo: a græco græciſo & græcor: a poe/ ta poetor. A uerbis: ut ab albo albico: a uello uellico. Ab aduerbiis: ut a perē die perendino: a cras procraſtino: a præpoſitiōibus: ut ab intra intro: a ſu/ pra uel ſuper ſupero ſupera.

De figuris uerborum.

QVot ſunt figuræ uerborum?tres:ſimplex compoſita & decompoſita.
Cupio cuius figuræ?ſimplicis?quia ſimpliciter profertur.
Concupio cuius figuræ?compoſitæ:quia componit̃ ex con & cupio.
Concupiſco cuius figuræ?decompoſitæ:quia non per ſe componitur ſed a con cupio compoſito uerbo deriuatur.

Quæ ſunt uerba cōpoſita quorū ſimplicia nō inueniuntur. Sunt autem hæc Defendo percutio.allicio:aſpicio:compleo:reperio:ſuffragor:appello:deleo defenſor defenſaris.

Simplicia q̄ in uſu non ſunt.

Notādū q̄ quācunq̄ litteram habuerit poſitio uerbi in ſuo loco ſeruamus per q̄ēm declinationem:prætere ago egi:eo iui uel ii. Cū quot partibus orōnis cō ponitur uerbum?Cū quattuor:noīe:uerbo:aduerbio:& præpoſitione:ſicut participia ut amplifico.calefacio:maledico:produco.

De coniugatione.

QVid eſt coniugatio? Eſt conſequens uerborum declinatio quæ uoca/libus ſecundæ perſonæ comprærhenditur.

Quot ſunt coniugationes uerborū:quattuor:prima eſt quæ in ſecū da pſona præſentis idicatiui hēt a pductum ante s uel ante ris:ut amo amas & amor amaris.Secunda quæ in ſecunda perſona præſentis indicatiui ha/bet e productum ante ris:ut doceo doces & doceor doceris. Tertia quæ in ſe cunda perſona præſentis indicatiui habet i correptam ante s uel e correptā ante ris:ut lego legis & legor legeris.Quarta quæ habet i productam ante s uel ante ris:ut audio audis:& audior audiris.Et oīa uerba quartæ coniuga/tionis in o deſinunt:præter queo & eo & ueneo cum compoſitis.

De perſonis uerborum.

PErſonæ uerborum quot ſunt?tres.prima : ſecunda & tertia : ut lego legis legit. Quæ eſt prima perſona?quæ de ſe ſola uel cum aliis loqui tur ut dico dicimus.

Quæ eſt ſecūda perſona?ad quam uel ſola uel cum aliis prima loquitur: ut di/cis dicitis.Que eſt tertia perſona?de qua extra ſe & illā poſita:ad quam diri/git ſermonem:loquit̃ pria ut dicit dicunt.Notandum q̄ prima perſona & ſe cunda uerborū ſolis pronominibus iungi poſſunt. Exceptis uerbis ſubſtan/tiæ uel uocandi:ut Priſcianus ſum uel priſcianus uocor. Tertia uero cunctis nominibus iungitur.

Pria & ſe/cōda pſōa pnoib' iun gitur.

Quare iperatiuus caret prima pſona in ſingulari?qa naturaliter null' ſibi im/perat.Infinita oīa & imperſonalia gerūdia & ſupīa carēt numeris & pſonis.
Pluit tonat fulminat & ſimilia quare primis & ſecūdis pſonis carent?qa ad ho mines nō ptinēt:niſi figurate p apoſtrophen iuppiter itroducat̃.

primis & ſe dis carent.

De nūeris.

QVot ſunt numeri uerborū?duo ſingulari:& pluralis:ſingularis ut le/go:pluralis ut legimus.

Prima Regula.

Docebā cui' tpis?pteriti iperfecti.qa qd coepit geri nondū eſt pfectū. Vnde formatur?a ſecunda perſona præſentis indicatiui: quia prima & ſecun/da coniugatio abiecta s ſecundæ perſonæ præſentis indicatiui tertia & quar

Impfectū quō forma tur.

ta oppoſitõe mutata ĩ e lõgã & addita bã faciũt præteritũ impfectũ: ut amabã docebã legebã: audiebã dicim⁹ tñ ibam ueniebã q̄bam. Secũda Regula

Ptũ pfe/ctum. Omne præteritum perfectum in i deſinit: & mutata i in e correptam & aſſumpta ram facit præteritũ pluſq̄ perfectum. Tertia Regula.

Futurum. Futuꝝ indicatiui modi in prima & ſecũda cõiugatiõe fit a ſecũda pſona pſentis indicatiui abiecta s & addita bo: ut doceo doces docebo. In tertia & q̄rta o poſitiõe mutata in am: ut audiã: excipi' eo & queo ueneo q̄rte cõiugatiõis: q̄ ſecũdũ primã & ſecũdã cõiugationẽ formant futurũ. Quarta Regu.

Secũda im peratiui. Secũda pſona ſingularis præſentis impatiui modi fit a ſecũda pſona pſentis indicatiui abiecta s. In tertia tñ cõiugatione abiecta s & i in e mutata. Tertia pſona ſingularis impatiui modi fit o poſitione uerbi mutata in prima coniugatione in et: & in aliis in at. Prima pſona pluralis tam præſentis q̄ futuri impatiui fit a ſua tertia ſingulari abiecta t & addita mus. Secũda pſona pluralis fit a ſua ſecunda ſingulari addita te. ſed in tertia in i reuerti'. Tertia fit a ſua tertia ſingulari n littera ante t interpoſita. Secũda uel tertia pſona ſingularis futuri imperatiui fit a tertia ſingulari indicatiui addita o: & producta penultima præter q̄ in tertia coniugatiõe. Secunda pluralis futuri impatiui fit a ſua ſecũda uel tertia ſingulari addita te ſyllaba. Tertia pluralis futuri fit a tertia præſentis pluralis indicatiui addita o. Quinta Regula.

Pñs optatiui. Prima perſona præſentis & præteriti impfecti optatiui modi: & præteriti impfecti ſubiũctiui fiũt a ſecũda pſona ſingulari impatiui addita rem: Præteritũ perfectũ & pluſq̄ perfectũ optatiui: & præteritũ pluſq̄ perfectum ſubiũctiui formãtur a prima perſona præteriti indicatiui addita ſem. Futurum optatiui & præſens ſubiũctiui formant' a prima poſitiõe uerbi o in prima cõiugatiõe mutata in em in cæteris in am. Præteritũ pfectũ ſubiũctiui formatur a præterito pfecto indicatiui mutata i in e correptã & addita rim. Futurũ ſubiũctiui

Pluſq̄ pfe/ctũ futurũ formatur a præterito perfecto eiuſdẽ modi mutata rim in or. Sexta Regu.

Infinitiuũ. Infinitiuũ fit a priã pſona ĩpatiui addita re. pteritũ pfectũ & pluſq̄ pfectũ infinitiui fit a pterito pfecto ĩdicatiui addita s & ſe. Futuꝝ cũ ſupino in um & ire uel addita eẽ naturali pticipio futuri: ut amatũ ire uel amatuꝝ eẽ. Septiã R.

Impſõalia. Imperſonalia in tur formantur a tertiis perſonis ſingularibus actiuis addita ur: ut amatur. Octaua Regula.

Paſſiua unde. Amor unde format'? a prima perſona præteriti perfecti indicatiui. quare? quia omnia actiua quæ in o deſinunt addita r: quæ uero in m mutata m in r faciunt paſſiua: præteritũ perfectum & quæ ab eo fiũt per participium præteriti temporis: & ſum es eſt. Imperatiui ſecũda pſona præſentis ſingularis numeri fit a ſingulari actiua addita re: & eſt ſimilis actiuo ĩfinitiuo pſentis & pteriti perfecti temporis. tertia addita ur. Prima pluralis a ſua actiua mutata s in r. Secunda pluralis impatiui a ſecunda preſentis indicatiui actiui abiecta s: & addita mini: & eſt ſimilis ſecũdæ plurali preſentis ĩdicatiui paſſiui. Tertia a tertia addita ur. Prima pluralis impatiui futuri tpis fit a ſua actiua mutata s in

r. Secunda futuri paſſiui imperatiui fit a ſecunda ſui præſentis mutata i in or. Infinitiuum paſſiui ab actiuo mutata e in i: quæ mutatio in tertia coniugatione fit prius abiecta re.

Nona Regula.

Actiua ſi in o deſinunt addita r. Si uero in t addita ur. Si in em uel in is in plurali numero ultima littera mutata in r. in ſingulari interpoſita ri uel re: & ſi ante s i breuis eſſet: mutata in e faciunt conſimiles paſſiuorum perſonas.

Decima Regula.

Quot ſunt a'nomala uerba: id eſt inæqualiter declinata? quattuor: quæ? fero edo uolo & ſum. Sed fero per ſincopē ſecundam & tertiā pſonā habet: ut fers fert. In cæteris ſequitur regulam tertiæ cōiugationis: ita tamē ut quæ naſcū tur a conciſis: ſecundum formationis regulam conciſa proferantur.

De præteritis perfectis primæ coniugationis. Prima Regula.

AMo quomodo facit in præterito? Amaui: per quam regulam? quia primæ coniugationis uerba a ſecunda perſona præſentis indicatiui abiecta s & addita ui faciunt præteritum pfectum. Excipiuntur ſexdecim: quo ū duodecim abiecta s & addita ui ſyllabas diuiſas formant præteritum. Domo domui: crepo crepui: frico fricui: ſeco ſecui ſono ſonui: tono tonui: ueto uetui: plico plicui: cubo cubui: nexo nexui: mico micui: increpo increpui: præter hæc ſto facit ſteti: do dedi iuuo iuui.

Regula p̄teriti primæ cōiugationis.

Secunda Regula.

Amico compoſitum dimico dimicaui facit.

Plico cum nomine compoſitum in aui facit: ut duplicaui. Cum præpoſitione plærūq; in ui: ut implicui.

Tertia Regula.

Neco necas cū ferro peremptum ſignificat: necaui necatum facit. Cum alia ui necui nectum.

Quarta Regula.

Do das cum monoſyllabis compoſitum tranſit in tertiam coniugationem & ſemper duplicat præteritum: ut reddidi credidi. Circundo a diſſyllabo compoſitum primæ coniugationis facit circundedi.

De præteritis perfectis ſecundæ coniugationis. Prima Regula.

FErueo quomodo facit præteritum? ferui. p quā regulā? qa in ueo uerba ſecundæ cōiugationis: eo in u mutata: & producta penultima faciunt præteritum: ut moueo moui: faueo faui: conniueo tamē quod & cōniuo dicitur tam conniui q̄ connixi facit & in ferbeo cum per b dicitur ferbui facit præteritum.

Preterita ſeconde cōiugationis.

Secunda Regula.

Ardeo q̄uo facit præteritum? arſi: per quam regulam? in deo deſinentia uerba ſecundæ coniugationis: ſi longa uocalis uel ar antecedit: deo in ſi conuerſa. Si uero e uel i breues præcedunt deo, p̄ductis eiſdem: & eo mutata in i faciunt p̄teritū: ut ſuaſi: riſi: arſi: ſedi: uidi. Excipit' ſtrideo quod q̄uis producat i tamen ſtridi facit. Si uero prima ſyllaba in deo terminatorum: mutam aliquā uel m ſemiuocalem uel o correptas habuerint in aliquam liquidam: deſinentes: quam deo ſequaſ: duplicata p̄ia ſyllaba: & eo in i cōuerſa: & puriori ge-

Secūda re.

minatarum ſyllabarum extrema cõſonante ſubtracta faciunt præteritum: ut pepēdi: momordi: ſpopondi: quod s euphoniæ cauſa ſubtraxit. Si autem au diphthongus ante deo fuerit: p participium declinat: ut auſus ſum: gaui/ ſus ſum: Inuenitur tamen auſim in ſubiunctiuo. Alia uero omnia in deo mu tata eo in ui diuiſas ſyllabas faciunt præteritum: ut candui ſtudui. Excipitur prandeo prandi & pranſus ſum.

Tertia Regula.

Tertia. Turgeo quomodo facit præteritum? Turſi. per quam regulam? In geo uerba l uel r antecedente: geo in ſi: naturaliter uero longa uocali: geo in xi. Alia om nia eo in u i diuiſas ſyllabas conuerſa faciunt præteritum ut indulſi mulſi ter ſi. Quidam differentiæ cauſa mulxi dixerunt. Præterea luxi auxi frixi: egui frigui rigui.

Quarta Regula.

Quarta. Fleo quomodo facit præteritum? Fleui. per quam regulam? In leo uerba quæ ante l aliam cõſonantem habent in eadem ſyllaba & aboleo & leo compoſi ta: o in ui ſyllabam. Alia omnia in leo: eo in ui diuiſas ſyllabas cõuerſa faciũt præteritum: ut impleui ſuppleui exoleui deleui obſoleui. Oleo cum redoleo adoleo aboleo tam in eui q̃ in ui diuiſas ſyllabas faciunt præteritum. Præte/ rea dilui callui excellui.

Quinta Regula.

Quinta. Habeo per quam regulam habui facit? quia omnia alia uerba ſecundæ coniu/ gationis quacunq; conſonante antecedẽte: eo in ui diuiſas ſyllabas conuer/ ſa faciunt præteritum: ut emicui rubui docui timui iacui. Licui a liqueo. Li/ ceo quoq; licui facit. Excipiũtur iuſſi ſorpſi uel ſorbui: mulſi: manſi: neui hæ ſi: luxi: polluxi: torxi quod ſolum in queo ſecundæ coniugationis inuenitur. Sic compoſita eius contorqueo: extorqueo contorxi extorxi.

De præteritis tertiæ coniugationis. Prima Regula.

Tertie ptã. IAcio quomodo facit in præterito? ieci. Dic regulam? In cio deſinentia uerba tertiæ coniugationis a uel i antecedẽte: mutant eam in e produ ctam: & ſi a præcedit io in i longam. Si uero in cio in xi conuerſa fa ciunt præteritum: ut feci. abieci: aſpexi: pellexi: allexi: quæ & allicui pellicui ueteres protulerunt. Excipitur elicui.

Secunda Regula.

Secũda in dio & gio. Fodio & fugio quare in ptõ faciunt fodi & fugi? quia in dio & i gio deſinentia tertiæ coniugationis uerba o in i longam conuerſa & producta penultima fa ciunt præteritum.

Tertia Regula.

Tertia ipio Capio & cupio quõ faciunt in præterito? Capio facit cœpi: & cupio cupiui uel cupii: ſicut rapio rapui ſapio ſapui cœpio quod non eſt in uſu cœpi: pario pe/ peri: percutio & omnia a quatio: in ſi faciunt præteritum: ut pcutio percuſſi.

Quarta Regula.

Quarta in uo. Suo quõ facit præteritum? Sui. p quã regulam? In uo diuiſas ſyllabas deſinen/ tia uerba tertiæ cõiugationis o in i conuerſa faciũt præteritum ut ſpui dilui metui. Excipitur fluxi ſtruxi: Nã ungo tingo lingo mingo ſtringo in xi faci/ unt ptũm: coquo coxi: linquo liqui: ſed hæc qm̃ u amittit uim litteræ regulã eorum ſequuntur quæ in go uel in co deſinunt.

Quinta Regula.

Soluo quõ facit ptũm? Solui per quam regulam? In uo deſinẽtia uerba tertiæ cõiugatiõis u loco cõſonãtis poſita: ſi penultima in l deſinit o in i: ſi i uocalem natura lõgã o in xi cõuerſa faciunt ptũm ut uolui uixi. Sexta Regula. Quinta

Scribo quomodo facit ptũm? Scripſi per quam regulam? in bo deſinẽtia uerba tertiæ coniugationis: ſi nõ antecedit longa uocalis: o in i. Si antecedit bo in pſi conuerſa faciũt ptũm: ut bibi nupſi. Excipiunť a cubo compoſita ſiue primæ ſiue tertiæ ſint cõiugatiõis quæ in ui diuiſas faciunt ptũm. Nupſi ſcribitur per b uel per p? quare? quia nunq̃ b ante s in principio ſyllabæ poteſt inueniri. Septima Regula. Sexta in bo

Vinco quomodo facit in ptõ? Vici. per quam regulam. In co deſinentia uerba tertiæ cõiugatiõis ſi n præcedit: abiecta n: & o in i cõuerſas uero præcedẽte co in ui ſyllabam: Si autem uocalis præceſſerit natura longa co in xi cõuerſa faciunt præteritum: ut uinco uici linquo liqui: quieui: aſciui: creui: paui: con ſueui item dixi duxi. Excipiť cõpeſco compeſcui: & geminata didici: popoſci: parco peperci: & parſi. Ico penultima breui præteritũ ici facit penultima longa. Gliſco caret præterito. Octaua Regula. Septima in co

Lædo quõ facit ptũm? Læſi. per quã regulam? In do deſinentia uerba tertiæ cõiugatiõis: lõga uocali naturaliter præcedẽte do in ſi: in cæteris uero o in i conuerſa: & ſi ante n uel i habuerint ea abiecta faciunt præteritum: ut læſi: raſi: roſi: uaſi: luſi. Claudo uel cludo clauſi uel cluſi: ſcadi: fudi: ſcidi. Findo quoq; fidi licet qdam fiſi putauerint. Excipitur cædo ceſſi: diuido diuiſi: ſtrido ſtridi: ab eo quod eſt ſido præteritum nõ inueniť cudo cuſi uel cudi: & ea quæ duplicant principalem ſyllabam cædo cecidi: tendo tetẽdi: pendo pependi: pedo pepedi: tundo tutudi. Nona Regula. Octaua in do

Mergo quõ facit ptũm? Merſi p quam regulam? In go deſinẽtia uerba tertiæ cõiugatiõis s ſi go antecedit r: go in ſi: aliter i xi cõuerſa faciũt præteritum ut merſi: ſparſi: terſi: cinxi: iunxi: anſi. Nec obſtant regulæ porrigo porrexi: pergo perrexi: ſurgo ſurrexi: quoniã a rego cõpoſita ſunt: & cõpoſita primitiuorum declinationẽ ſequunť. ſic ẽt erigo corrigo arrigo in exi faciunt. Excipiũtur fregi egi legi. Cogo & dego ab ago p ſyncopẽ coegi & degi. Intelligo tũ quod antiq inter lego proferebãt: negligo & diligo a lego cõpoſita ĩ xi faciũt intellexi: & neglexi: dilexi. Pango quoq; pegi & pepigi & panxi facit: tango tetigi: pungo pupugi uel punxi. Expũgo uero expunxi. Decima Regula. Nona go.

In ho aſpirata deſinentia uerba mutata ho in xi faciunt ptũm: ut ueho uexi traho traxi. Vndecima Regula. Decima in ho

Alo quõ facit præteritum? Alui. Per quã regulã in lo deſinẽtia uerba tertiæ cõiugatiõis o in ui diuiſas ſyllabas: ſed ſi duplicãt l: & a mutata ĩcipiũt gemiata principali: nec ubiq; eadem uocali ſeruata aliter o in i cõuerſa faciunt præteritum: ut alo alui: colo colui: malui: conſului: pello pepuli: fallo: fefelli: tollo tuli: pro quo frequentius utimur ſuſtuli. & cætera huiuſmodi. A tulo etiam ueteres tetuli dicebant: Præterea pſallo pſalli: uello uelli uel uulſi percello & Vndecima in lo

excello quoq; ſimplex in uſu non eſt perculi & exculi: uel ut alii excellui ab excelleo.

Duodecima Regula.

Duodecia mo

In mo deſinētia uerba tertiæ cōiugatiōis lōga uocali antecedēte o in pſi: aliter in ui diuiſas cōuerſa faciūt præteritū: ut como compſi promo prōpſi: uomo uomui: gemo gemui. Excipit' emo emi: præmo præſſi.

Decimatertia Re.

Tertia decima in no

Sino ſinui p quam regulam? In o deſinētia uerba tertiæ cōiugatiōis niſi o. uel g uel a uel m antecedat i ui ſyllabam faciūt præteritū: ut ſino ſiui. ſterno ſtra ui: cerno creui: ſperno ſpreui: lino liui lini uel leui: præterea pōno poſui gigno genui. cano cecini: temno tēpſi. Sed a canendo cōpoſita in ui diuiſas faciunt præteritū ut ſuccino ſuccinui: cōcinui: occinui: quod etiam occanui dicitur. Saluſtius. Iuſſu Metelli cornicines occanuere.

Decimaq̃rta Reg.

Deciaq̃rta in po

Carpo carpſi. Per quā regulam? In po deſinētia uerba tertiæ cōiugatiōis l uel r uel e productam ante po habētia o in i: e uero breuem habentia in penultima o i ui diuiſas cōuerſa faciunt præteritū ut ſculpſi: carpſi: ſepſi: ſerpſi repo repui: crepui: rumpo quod ſolum habet m ante p eiecta m & cōuerſa o in i facit preteritum: ut rupi corrupi abrupi.

Decima quinta Reg.

Deciaqnta in ro

Tero triui p quam regulam? In ro deſinētia uerba tertiæ cōiugatiōis per ui ſyllabam termināt ptūm: quæro quæſiui: ſero ſeui facit tamen etiā ſerui: unde inſero inſerui: & participium ſitus inſitus nō inſert'. Gero & uro duplicant s geſſi & uſſi. Verro uerſi & uerri: curro cucurri: & i compoſitis utroq; modo: ut decurri & decucurri.

Decimaſexta Regula.

Decia ſexta in ſo

Laceſſo laceſſui: per quam regulam? In ſo deſinētia uerba tertiæ cōiugationis niſi ſint deriuatiua o in i cōuerſa: & aſſumpta ui ſyllaba faciūt pteritum: ut laceſſo laceſſiui: capeſſo capeſſi: uiſo: uiſi: Pinſo pinſui facit præteritum.

Decimaſeptima Regula.

Decima ſeptima in to

Pecto quomodo facit ptūm? ut pleriq; dicunt pexui: ut Aſper pecti uel pectui ut Caiſius protulit pexi. Necto tā nectui q̃ nexi: flecto flexi: meto meſſui: uerto uerti: ſterto ſtertui mitto geminata t miſi. Siſto quādo actiuū eſt caret præterito: quādo abſolutum habet cum ſto cōe: ut reſto reſtiti: cōſiſto uel conſto conſtiti: perſiſto uel preſto perſtiti.

Decimaoctaua Regula.

Decima octaua in xo

In xo deſinentia quot uerba inueniunt'? Duo. Quæ? Texo & nexo faciunt præterita nexui & texui.

De quarta coniugatione.

Prima Regula.

De quarta

AVdio quomodo facit præteritum? audiui. per quam regulam? Quartæ cōiugationis uerba abiecta s ſecundæ perſonæ præſentis: & addita ui faciunt præteritum perfectum: ut audiui. Excipiuntur in cio deſinentia excedentia numerum duarum ſyllabarum ſimplicia n antecedente: cio in xi. Si uero non habuerint: cio in i uertitur: ut uincio uinxi: ſancio: ſanxi: farcio farſi: fulcio fulſi: quāuis nonnulli differentiæ cauſa fulſi poſuerunt. Excipiuntur uenio ueni: haurio hauſi ſenſi: aperui: opui: comperui. Reperio duplicauit p diminute una ſyllaba reppeti. Simile eſt

in cio

præteritum a comperio comperi. Deponentia uero a pereo experior & operi or expertus & opertus participia faciunt: ſalio ſaliui uel ſalii: cambio campſi.

De ſupinis. Prima Regula.

De ſupino cuiuſcūq; coniugationis.

Munio muniui quō facit ſupinum? munitum. per quā regulā? in ui ſyllabam faciētia præteritum cuiuſcūq; cōiugatiōis ui mutata in tum faciunt ſupinum: ut ſopitum: abolitum potatum: & p ſyncopen potum: cupitū: ignotum: ſcitum: auditum: Excipiūtur differentiæ cauſa lautū uel lotum: quod etiam inuenitur: cautum: fautum: ſolutum: paſtum: amictum: & quæ corripiūt penultimam in ſupino: ſatum a ſero ſeui: nam a ſerui ſertum facit. ſitum litum itum quitum citum quādo eſt a ſecunda cōiugatione. nam a quarta producit. Compoſita tam producta q̄ correpta inueniuntur agnitum cognitum & agnotum & cognotum. A caluo calui a quo puto calumniam deriuari ſupinum non inuenitur.

Secunda Regula.

De his quę ptūm in ui faciūt.

Habeo quō facit ſupinum? habitū. Dic regulā: In ui diuiſas faciētia præteritū cuiuſcūq; cōiugatiōis ſunt c uel l uel r antecedēte ui ī tum. Si uero ſunt a uerbis ī uo ſeparatis i in tū & pducta penultima ī cæteris: niſi x antecedat: ui in i breuem mutata & addita tū faciūt ſupinū: ut frictum: mictū: doctū: cultū: cōſultum altum quod & alitum facit: deſertum: apertū: indutum: annutū: cōpeſcitum: abolitum: tonitum quāquam. Oratius intonata ſcripſit. Excipiuntur miſſum: toſſum: tentū: ſenſum: elicitum: raptum: piſtum: mœſtum excelſum: explicitum: nā explicatū ab explicaui: rutum uel ruitum a mico micui ſupinum nō eſt ī uſu: a cano compoſita ſimplicis ſeruāt ſupinū: a: quam in præſenti mutāt in i breuem: in e cōuerſa: ut cātum: ſuccētum accentum: nexum: pexum: a xi terminatōne potius ſunt. Ab alo tā altum q̄ alitum dicitur A uolo nomē participiale uultus: E antecedēte x tria inueniuntur pexui: nexui: texui. quæ faciunt ſupina pexum nexum: textum.

Tertia Regula.

De ſupinis in deo terminatis.

Mordeo quō facit ſupinum? morſum: quā ob regulā? Oīa in deo: uel in dio uel ī do uerba: & in dior deponētia ſecūdæ uel tertiæ cōiugatiōis nō faciētia præteritum in ui diuiſas nec a do das compoſita deo uel dio uel dior uel do in ſum mutata faciūt ſupinum. Et notandum q; habentia n ante do: quæ n ante do amittunt: eādem amittūt ī ſupino: & geminant s ſi penultima præteriti corripiatur. Si uero pducitur unā s habēt: ut morſum: auſum: riſum: exorſum: ingreſſum: luſum: raſum: tonſum: fiſſum: ſciſſum: fuſum: tuſum. Excipitur gauiſum qd aſſumpſit i euphoniæ cauſa. Cedo. ceſſū: foſſū: cuſſū: geminant ſ. Do das datū facit & ab eo cōpoſita que ī tertiā cōiugationē tranſeunt uertunt a in i quæ uero primā ſeruāt: a quoq; ſeruāt: ut cōditū: creditū: ueditū: circūdatū. Præterea paſſum qd nō ſolū a pādo ſed etiam a pateo & a patior dicitur: comeſum & comeſtum: tentū & tenſum: & oſtendo ab eo compoſitū ſimiliter facit. A pedo ſupinum in uſu nō inuenitur.

Quarta Regula.

in do

Lædo quō facit ſupinum? Leſum. per quam regulam? Omnia uerba quæ in

ſi faciunt præteritum ſecũdæ aut tertiæ coniugationis ſi in ſum: quartæ uero ſi in tum conuerſa faciunt ſupinum: ut leſum arſum alſum fultum. ſartum. Excipitur idultum uel indulſum: mulctum uel mulſum a mulgeo: nam mulceo mulſum facit ſolum. Item tortum uel torſum: hauſtum: uſtum: greſſum: miſſum: duplicata s. Præterea ſenſum auſum capeſſitum.

Quinta Regula.

De geo. Lugeo luxi quomodo facit ſupinum: Luctum per quam regulam? In xi facientia præteritum cuiuſcũq; coniugationis ſint: xi in ctum conuerſa faciunt ſupinum: ut luctum: uinctum: frictum intellectum: unctum. Excipiuntur ſictum: pictum: ſtrictum: mictum: quæ cauſa euphoniæ abiiciunt. n. præterea fluxum & fluxurum: q̃uis uetuſtiſſimi & fluctus pro fluxus: & flucturus pro fluxurus dixerint: unde & fluctus motus aquarum. Sexta Regula.

De cio. Facio quomodo facit ſupinum? Factum. Da regulam? In ci facientia præteritum tertiæ coniugationis ci in ctum conuerſa faciunt ſupinum: ut factum: ictum uictum. liqui lictum derelictum. Feci fectum deberet facere: ſed in omni uerbo: ſiue in ultima: ſiue in penultima ſit a in ſimplicibus ſeruatur etiam. in ſupino q̃uis mutet' in præterito: In cõpoſitis uero ſi mutatur a in i in præſenti: hæc uertitur in ſupino in e: niſi in do uel in go deſinat poſitio uerbi tũc n. in ſupino ſemper ſeruatur a ut captum raptum caſum: inceptum infectum ereptum: occaſum: infractum: impactum: exactum. Excipitur poſcitum diſcitum: parco parſum a parſi. Septima Regula.

De go. Iungo iunctum: per quam regulam? in go deſinẽtia omnia tertiæ cõiugatiõis uerba: niſi in ſi terminent præteritũ: go in ctum mutata & ſi a uel i ante n habeant in penultima abiecta n faciunt ſupinum: ut iunctum: pũctum: fractũ pactum ſtrictum mictum: ringo rictum. Excipiuntur quæ ſeruant n cinctũ tinctum anctum. Octaua Regula.

De gio. Fugio fugitum: per quam regulam? in gio uerba o in tum mutata faciunt ſupinum: ut fugitum. Nona Regula.

De bo. Bibo quomodo facit ſupinum? bibitũ. Da regulã? In bi terminantia præterita correpta & aſſumpta tum faciunt ſupinũ. ut bibitum. Decima Regula.

Emo emptũ p quã regulã? Oia in mi uel in ni: uel in pi: uel in pſi terminantia: præteritũ tertiæ cõiugationis in ptũ faciũt ſupinũ. ut adeptũ captũ ruptum. ſcalptũ comptum demptũ promptũ ſcriptũ. Vndecima Regula.

De lo. Fallo quomodo facit ſupinũ? falſum. Per quã regulã? in Lo deſinẽtia uerba tertiæ coniugationis duplicantia l in ſum faciunt ſupinum: ut falſum pulſum uulſum excelſum perculſum. Nõ inuenitur a pſallo ſupinum nec a tollo. ſed pro eo utimur ſublatum. Duodecima Regula.

De ro. Curro curſum: per quã regulam? In ro deſinẽtia duplicãtia r ante o i pſenti ro in ſum cõuerſa faciũt ſupinũ: ut curro curſum: uerro uerſum. Quæ uero duplicant s ante i: mutant ſi in tum: ut geſſi geſtum. In rio unum pario: quod facit ſupinum parutũ: & participium partus & paritum. Decimatertia Re.

A uerto ſicut uerro uerſum dicitur: texto textum: & nexo nexum facit ſupinũ de ●
a ſto ſtatũ & cõpoſita aſtitum uel aſtatũ uel præſtatum. Decimaquarta Re.
Labor lapſum ꝑ quã regulam? Cõmunia uel deponẽtia tertie cõiugationis in de bor
bor: mutata ea in ipſum faciũt ſupinum: ut lapſum. In gor uero mutant gor
in ctum: ut functum. In tor mutant eam in ſum: ut uſum niſum. iuenitur ẽt
nixum. In quor mutata quor in cu: & aſſumpta tum faciunt ſupinum: ut lo/
cutum ſecutũ. Deponentia in ſcor habẽtia in antepenultima a uel i uel e cor/
reptas in ctum faciunt ſupinum: ut paciſcor pactum. proficiſcor profectum:
expergiſcor experrectum nãciſcor nactum. Alia uero abſque r in tum faciũt
ſupinum: ratum ultum oblitum: Excipitur defeſſum.
Præterea cõminiſcor & adipiſcor q̃uis i breuem habeant in ante penultima de cor
cõmentum faciunt & adeptum. A reminiſcor nõ inuenitur ſupinũ. Ab ori/
or ortum & ortu: unde oriturus. A morior moritũ & in præterito geminat u
mortuus. A potior potitum: a reor ratum: miſereor miſertum: cõfiteor con/
feſſum: quæritur quæſtum: metior meſſum: quæ a pario uidẽtur deriuari r ha
bent ante tum compertum: repertum: expertum: opertum.

De examinatione uerbi.

AMo que pars eſt? Verbum eſt. quare eſt uerbũ? Quia eſt pars oratio
nis declinabilis: cũ: modis & temporib9 ſine caſu agendi uel patiẽdi
ſignificatiua.
Vnde dicit̃ uerbum. A uerberatu aeris qa proferendo aer uerberatur.
Verbo quot accidũt? octo: genus: tempus: modus: ſpecies: figura: coniugatio:
perſona: & numerus.
Cuius generis? actiui: qa in o deſinẽs facit ex ſe paſſiuum.
Quod eſt ei9 paſſiuum? amor. qa in or deſinens deſcẽdit ab actiuo.
Quod eſt ei9 imperſonale? amatur.
Quomodo declinatur actiuum? Amo amabam amaui amaueram amabo.
Quomodo declinat̃ paſſiuum? Amor amabar amatus ſum uel fui: amat9 erã
uel fueram amabor.
Quomodo declinatur imperſonale? Amatur amabatur.
Quot ſunt genera uerboꝝ? quinq; Actiuum quod i o deſinens facit ex ſe paſ/
ſiuum. Paſſiuũ quod in or deſinẽs: deſcendit ab actiuo. Neutrũ quod i o de/
ſinens nõ facit ex ſe paſſiuum. Cõmune quod in or deſinẽs non deſcendit ab
actiuo: & habet utranq; ſignificationem. Deponẽs quod in or deſinens non
deſcendit ab actiuo: & retinet unam ſignificationem.
Cuius temporis? præſentis: quia preſentem habet ſignificationem.
Quot ſunt tẽpora uerboꝝ? qnq;: preſens quod præſentem habet ſignificatio/
nem. præteritũ imperfectũ: quod ſignificat quod cœpit geri: & nondum per
fectum eſt: præteritũ ꝑfectũ quo res ꝑfecta mõſtrat̃: preteritũ pluſq̃perfectũ:
quo res perfecta iam pridem oſtenditur. Futurum quo res futura monſtrat̃.
Cuius modi amo? Indicatiui: quia hoc indicamus quod agitur.

Quid eſt modus? Eſt inclinatio animi declinationem uerbi ſignificans.
Quot ſunt modi uerboꝝ? quinqꝫ. Indicatiuus quo indicamus quid agit. Imperatiuus quo ut fiat aliquid imperamus. Optatiuus qui eget aduerbio optandi: ut perfectum ſignificet ſenſum. Subiunctiuus qui nõ ſolum eget aduerbio: uel cõiunctiõe: uerum etiam altero uerbo: ut perfectum ſignificet ſenſum. Infinitiuus qui caret numeris et pſonis: & eget aliquo aliorum modorum: ut perfectum ſignificet ſenſum.

Inter infinitiuũ & impſonale

Quid intereſt infinitiuum & impersonale: q infinitiu' altero uerbo finito omnino eget. Imperſonale uero pfectum actum ſignificat per oẽs modos. Indicatiuus quot tempora habet: quinqꝫ. Impatiuus? duo: preſens & futurum. Optatiuus quinqꝫ? duo cõiuncta: et unum per ſe. Subiunctiuus quot? quinqꝫ per ſe ſicut indicatiuus. Infinitiuus? quinqꝫ: duo cõiuncta & unum p ſe ſicut optatiuus. Quot ſunt ſpecies uerborum? duæ Primitiua: quæ primam poſitionem a natura accepit: ut ferueo. Deriuatiua quæ a primitiuis deriuãtur: ut feruesco. Cuius ſpeciei amo? primitiuæ: q̃ a nullo deriuatur: ſed primam poſitionẽ accipit a natura. Quot ſunt ſpecies deriuatiuoꝝ? quinqꝫ Inchoatiua: quæ initium actus uel paſſionis primitiui ſignificant: ut hiſco. Meditatiua quæ ſignificant meditationem cum primitiuo: ut eſurio. Frequentatiua quæ frequentationem actus primitiui ſignificant. ut agito.
Deſideratiua quæ ſignificant infinitiuum primitiui cum cupio. Diminutiua: quæ in lo deſinunt: et diminutiõem ſignificant.
Quæ aliæ ſunt deriuationes uerborum præter ſupradictas? quattuor. Aut.n. a nominibus fiunt: ut a patre patriſſo: aut a uerbis: ut a uello uellico: aut ab aduerbiis ut a perendie perendino: aut a præpoſitiõibus: ut ab intra intro.
Quot ſunt figuræ uerboꝝ? tres: ſimplex quæ ſimpliciter profertur. ut cupio. Compoſita quæ ex duab' aut pluribus uocibus componit: ut concupio. Decõpoſita quæ non per ſe cõponitur: ſed a compoſito uerbo deriuatur: ut concupiſco. Cui' figuræ amo? ſimplicis: quia ſimpliciter profert.

Que ſunt uerba compoſita

Que ſunt uerba compoſita quorum ſimplicia non inueniũtur. Sunt hæc. defendo. percutio: allicio: compleo: aſpicio: reperio: comperio: ſuffragor: appello: deleo: defenſor: ſaris. Cum quot partib' oratiõis componit uerbum? cum quattuor. Nomine: uerbo: aduerbio: & præpoſitione: ſicut participia: ut amplifico: calefacio: maledico: produco. Cui' cõiugationis amo? primæ: quare? quia habet a productam ante s. Quot ſunt coniugationes uerborum? quattuor. prima quæ in ſecũda perſona preſentis idicatiui habet a productã ante s uel ante ris: ut amo amas & amor amaris. Secunda quæ habet e pductam ante s uel ante ris: ut doceo doces et doceor doceris. Tertia quæ habet i correptam ante s uel e ante ris. ut lego legis & legor legeris. Quarta quæ habet i productam ante s uel ante ris. ut audio audis & audior audiris Cui' perſonæ amo? primæ: quare? qa de ſe ſola loquitur. Quot ſunt perſonæ uerborum? tres. Prima quæ de ſe ſola uel cum aliis loquitur: ut dico dicim'. Secũda ad/

quam uel de qua uel ſola uel cum aliis prima loquitur: ut dicis dicitis. Tertia de qua extra ſe & illam poſita ad quam dirigit ſermonem prima loquitur: ut dicit dicunt. Quare imperatiuus caret prima perſona ſingulari? quia naturaliter nullus ſibi imperat. Pluit tonat fulgurat & ſimilia: quare caret primis & ſecundis perſonis? quia ad hoīes non pertinent: habent tamen primas & ſecundas perſonas ſi figurate per apoſtrophen Iuppiter introducatur. Cuiꝰ numeri amo? Singularis: quare: quia ſingulariter profert᷑. Quot ſunt numeri uerbo℞? duo. Singularis: ut lego pluralis: ut legimus.

Amo quomodo facit præteritū impfectum? amabam. quare? Quia prima & ſecunda coniugatio abiecta s ſecundæ perſonæ indicatiui: & addita bam faciunt præteritum imperfectum. Quomodo facit præteritum perfectum amaui? per quam regulam? Primæ coniugationis uerba a ſecunda perſona preſentis indicatiui abiecta s & addita ui faciunt ptūm perfectum. Quomodo facit præteritum pluſquam perfectum? Amaueram: per quam regulam? omne ptūm perfectum in i deſinit: & mutata i in e correptam: & aſſumpta ram facit ptūm pluſquam perfectum. Quomodo facit futurum? Amabo: ꝑ quam regulam? quia futurum indicatiui modi in prima & ſecunda coniugatione fit a ſecunda perſona præſentis idicatiui abiecta s & addita bo ut amas amabo. Quomodo facit ſecūdam perſonā imperatiui præſentis? Ama: q̄re? quia ſecunda pſona ſingularis imperatiui modi fit a ſecūda perſona præſentis indicatiui abiecta s. In tertia coniugatiōe abiecta s & in e mutata. Quomodo facit tertiam perſonam ſingularis imperatiui? Amet: quare: qa tertia perſona fit o poſitione uerbi mutata in prima coniugatione in et: in aliis in at. Quomodo facit primā perſonam pluralis tam præſentis q̄ futuri imperatiui? Amemꝰ. per quam regulam? quia primæ perſonæ plurales impatiuo℞ fiunt a ſua tertia ſingulari abiecta t & addita mus. Quomodo facit ſecūdā? Amate. quare? quia ſecunda pſona pluralis præſentis impatiui fit a ſua ſecūda addita te: & in tertia cōiugatione e mutata in i. Quomodo facit tertiam? Ament: quare: qa fit a tertia ſingulari n littera iterpoſita ante t. Quomodo facit ſecundam & tertiam perſonā ſingularis futuri? Amato: quare: quia fit a tertia ſingularis præſentis indicatiui addita o. Quomodo facit ſecūda pluralis futuri? Amatote. quare: quia fit a ſecūda ſingularis uel tertia addita te ſyllaba. Quomodo facit tertiā pluralis futuri? Amanto: quare? quia fit a tertia pſentis pluralis indicatiui addita o. Pria perſona præſentis & pti impfecti optatiui modi: & pti imperfecti ſubiūctiui quō facit? Amarem. quare: qa fiūt a ſecunda perſona ſingularis impatiui addita rem. Ptūm perfectum & pluſq̄ perfectum optatiui & ptūm pluſquam perfectum coniunctiui quomodo formant primam perſonam? A prima perſona præteriti indicatiui addita s & ſem. Amo quomodo facit primā perſonam futuri optatiui & præſentis cōiunctiui? Amem. quare: quia format᷑ ab ipſa poſitiōe uerbi o in pria cōiugatiōe mutata i em: in cæteris i am. Quomodo facit ptūm perfectum ſubiunctiui?

Formatio quorūcūq3 uerbo℞ & modo℞

Amauerim.quare:quia formātur a ptō pfecto indicatiui mutata i in e corre-
ptam & addita rim. Quomodo facit futuꝝ ſubiunctiui: amauero.quare:qa
formatur a ptō perfecto eiuſdem modi mutata rim i ro. Quomodo facit præ
ſens & ptūm imperfectum infinitiui: amare.quare:quia fit a prima perſona
impatiui addita re. Quomodo facit præteritū perfectum et pluſquā pfectum
īfinitiui? amauiſſe.quare:qa fit a ptō perfecto indicatiui addita s & ſe. Quo
modo facit futuꝝ infinitiui? amatum ire uel amaturum eſſe.quare: quia fit
cum ſupino ī um: & ire uel addita eſſe neutrali participio futuri. Quomodo
facit ſupinum? amatū: p quā regulam. In ui ſyllabā facientia ptūm cuiuſcūq;
cōiugationis ui mutata ī tum faciunt ſupinum. Quō facit impſonale? ama-
tur.quare:qa imperſonalia in tur formātur a tertiis perſonis ſingularib⁹ acti-
uis addita ur. Quō facit præſens & ptūm imperfectum paſſiui indicatiui?
amor & amabar.quare:qa oīa actiua quæ in o deſinunt: addita r: quæ uero ī
m: mutata m in r faciunt paſſiuum: Quomodo facit præteritum pfectū paſ
ſiui indicatiui: & quæ ab eo fiunt? amatus ſum uel fui: amatus eram uel fue-
ram: amat⁹ eſſem uel fuiſſem: & reliqua.quare:quia ptūm pfectum: & quæ
ab eo fiūt: formant per participiū pti tpis & ſum es eſt. Quō facit ſecūdam
pſonam pñtis impatiui ſingularis? amare: quare: quia fit ab actiua addita re.
Quō facit tertiam? ametur: quare: qa fit a tertia addita ur. Quo facit pri-
mam pluralis? amemur: quare: qa fit a ſua actiua mutata s in r. Quō facit ſe
cundam pluralis? amamini: quare: quia fit a ſecunda præſentis indicatiui re-
mota s & addita mini. Quomodo facit tertiam? Ametur.quare: quia fit a ter
tia actiui addita ur: Quomodo facit ſecundā & tertiam futuri imperatiui?
amator.quare? quia fit a ſua actiua amato addita r. Quō facit primā plura-
lis imperatiui? amemur.quare:qa fit a ſua actiua mutata s in r. Quō facit
ſecundam pluralis futuri impatiui? amaminor: quare: quia fit a ſecunda ſui
præſentis mutata i in or. Quō facit infinitiuū? amari.quare: qa fit ab acti-
uo: mutata e in i: q̄ mutatio in tertia coniugatiōe fit prius abiecta re.

AMo quomodo declinatur? Sic.
Indicatiuo modo tpe præſenti Amo amas amat. Et pluraliter ama-
mus amatis amant. Præterito imperfecto amabam amabas amabat
Et pluraliter amabam⁹ amabatis amabant. Ptō pfecto amaui amauiſti ama
uit. Et plr̄ amauimus amauiſtis amauerunt uel amauere. Ptō pluſq̄ perfecto
amaueram amaueras amauerat. Et plr̄ amaueramus tis rant. Futuro ama-
bo bis bit. Et plr̄ amabimus bitis bunt.
Imperatiuo modo tpe preſenti ad ſecundam & tertiam perſonam ama amet.
Et plr̄ amemus amate ament. Futuro amato tu amato ille. Et plr̄ amemus
amatote amanto.
Optōmodo tpe præſentī & ptō impfecto utinā amarem amares ret. Et plr̄
utinā amarem⁹ retis rent. ptō pfecto & pluſq̄ pfecto utinā amauiſſem ſes ſet
Et plr̄ utinam amauiſſemus ſetis ſent. Futuro utinam amem ames amet. Et

pluraliter utinam amemus ametis ament.
Coniũctiuo mõ tpe pñti cũ amem ames amet. Et plr̃ cum amem⁹ ametis amẽt: ptõ inperfecto cũ amarem res ret. Et plr̃ cum amaremus retis rent. ptõ perfe cto cũ amauerim ris rit. Et pluraliter cũ amauerim⁹ ritis rint. ptõ pluſquam perfecto cũ amauiſſem ſes ſet. Et plr̃ cum amauiſſem⁹ ſetis ſent. Futuro cum amauero ris rit. Et pluraliter cum amauerimus ritis rint.
Infinitiuo modo numeris & perſonis tpe præſenti: & ptõ imperfecto amare. Ptõ perfecto & pluſq̃ perfecto amauiſſe. Futuro amatũ ire uel amaturũ eſſe.
Gerundia ſunt hæc amandi amando amandum.
Supina ſunt hæc amatum amatu.
Quot ſunt participia quæ trahunť ab hoc uerbo actiuo? Duo unum præſen/tis & pti imperfecti tpis in ans uel in ens ut amans & docens: alterum futuri in rus: ut amaturus & docturus.

De uerbo paſſiuo.

INdicatiuo modo tpe præſenti amor amaris uel amare amatur. Et plr̃ amamur amamini amanť. Ptõ ĩperfecto amabar baris uel bare bať. Et plr̃ amabamur mini banť. Ptõ perfecto amatus ſum uel fui: es uel fuiſti: eſt uel fuit. Et plr̃ amati ſumus uel fuim⁹ eſtis uel fuiſtis: ſunt fuerũt uel fuere. Ptõ pluſq̃ perfecto amatus eram uel fueram: eras uel fueras: erat uel fuerat. Et plr̃ amati eram⁹ uel fueramus eratis uel fueratis: erant uel fuerãt. Futuro amabor amaberis uel amabere amabiť. Et plr̃ amabimur mini būť.
Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonam ama/re ameť. Et pluraliter amemur amemini amenť. Futuro amator tu amator ille Et plr̃ amemur amaminor amantor.
Optõ modo tpe præſenti & ptõ imperfecto utinam amarer reris uel amarere amareť. Et plr̃ utinam amaremur mini renť. Ptõ perfecto & pluſq̃ perfecto utinam amatus eſſem uel ſem: eſſes uel ſes: eſſet uel ſet. Et pluraliter utinam amati eſſemus uel ſemus: eſſetis uel ſetis eſſent uel ſent. Futuro utinã amer ameris uel amere ametur. Et pluraliter utinam amemur amemini amentur.
Coniunctiuo mõ tpe pñti cũ amer ameris uel re ameť. Et pluraliter cum ame/mur mini amenť. præterito impfecto cum amarer reris uel rere retur. Et plu raliter cum amaremur mini renť. præterito pfecto cũ amatus ſim uel fuerim ſis uel fueris ſit uel fuerit Et plr̃ cũ amati ſim⁹ uel fuerim⁹: ſitis uel ritis: ſint uel rint. Ptõ pluſq̃ pfecto cũ amatus eſſem uel fuiſſem: eſſes uel fuiſſes: eſſet uel fuiſſet. Et plr̃ cum amati eſſem⁹ uel fuiſſemus: eſſetis uel fuiſſetis: eſſent uel fuiſſent Futuro cũ amatus ero uel fuero: eris uel fueris: erit uel fuerit. Et plr̃ cum amati erimus uel fuerim⁹: eritis uel fueritis: erint uel fuerint.
Infinitiuo mõ numeris & pſonis tpe præſenti & ptõ imperfecto amari. Ptõ p fecto & pluſq̃ pfecto amatum eſſe uel fuiſſe. Futuro amatum iri.
Quot pticipia trahũť ab hoc uerbo paſſiuo? Duo unũ præteriti pfecti & pluſ q̃ pfecti tpis ĩ tus. uel in ſus: uel ĩ xus: ut amat⁹: alteꝝ futuri in dus ut amãd⁹.
Nota ꝙ actiui uerbi regulã neutrale uerbũ ſequiť. Paſſiui cõe & deponens.

DOceo quõ declinatur? Doceo uerbum actiuum indicatiuo modo dictum temporis præſentis: numeri ſingularis: figuræ ſimplicis: perſonæ tertiæ coniugationis ſecundæ: ſic declinatur.

Indicatiuo modo tpe præſenti doceo doces docet. Et plr̃ docem⁹ docetis docẽt. Præterito impfecto docebã bas bat. Et pluraliter docebamus batis bant. Præterito pfecto docui docuiſti docuit. Et plr̃ docuimus docuiſtis docuerunt uel docuere. Ptõ pluſquã perfecto docueram ras rat. Et pluraliter docueramus ratis rant. Futuro docebo bis bit. Et pluraliter docebimus docebitis docebũt.

Impatiuo mõ tpe pñti ad ſecundã & tertiã pſonã doce doceat. Et plr̃ doceamus docete doceãt. Futuro doceto tu doceto ille. Et plr̃ doceam⁹ docetote docẽto.

Optatiuo modo tpe præſenti & ptõ impfecto utinã docerem doceres doceret. Et pluraliter utinã doceremus doceretis docerent. Ptõ pfecto & pluſq̃ pfecto utinam docuiſſem ſes ſet. Et pluraliter utinã docuiſſemus ſetis ſent. Futuro utinam doceã doceas doceat. Et pluraliter utinam doceamus doceatis ceãt.

Cõiunctiuo mõ tpe pſenti cũ doceã ceas ceat. Et plr̃ cũ doceam⁹ ceatis ceant. Ptõ impfecto cũ docerem res ret. Et plr̃ cum docerem⁹ retis rent. Ptõ perfecto cũ docuerim ris rit. Et plr̃ cum docuerimus ritis rint. Ptõ pluſq̃ perfecto cum docuiſſem ſes ſet. Et plr̃ cum docuiſſemus ſetis ſent. Futuro cum docuero docueris docuerit. Et pluraliter cum docuerimus docueritis docuerint.

Infinitiuo modo numeris & perſonis tpe pñti & ptõ imperfecto docere. Ptõ perfecto & pluſq̃ perfecto docuiſſe. Futuro doctum ire uel docturum eſſe.

Gerundia docendi docendo docendum. Supina doctum doctu.

Participia docens & docturus.

DOceor quomodo declinatur?

Indicatiuo mõ tpe præſenti. Doceor doceris uel docere docetur. Et pluraliter docemur mini centur. præterito impfecto docebar baris uel bare batur. Et pluraliter docebamur mini bãtur. Præterito perfecto doctus ſum uel fui: es uel fuiſti eſt uel fuit. Et pluraliter docti ſumus uel fuimus eſtis uel fuiſtis: ſunt fuerũt uel fuere. Ptõ pluſq̃ perfecto doctus eram uel fueram: eras uel fueras: erat uel fuerat. Et plr̃ docti eramus uel fueramus: eratis uel fueratis: erant uel fuerant. Futuro docebor beris uel bere bitur. Et pluraliter docebimur docebimini docebuntur.

Impatiuo mõ tpe pñti docere doceať. Et plr̃ doceamur docemini doceantur. Futuro docetor tu docetor ille. Et plr̃ doceamur doceminor docentor.

Syntheſis quid eſt? Eſt cum aliqua proprietas tribuitur uni ſubiecto: aut pluribus copulatis nō gr̃a uocis ſed ſignificati: ſub diuerſo genere: aut numero: ut Triſte lupus ſtabulis mutatis uitibus humor: Anſer fœta: Pars in fruſtra ſecant: & ſcipio & Lelius admirantur.

Euocatio eſt cum prima uel ſecūda perſona tertiam euocat: ut ego Cicero ſcribo: uos romani omnia ſubieciſtis imperio ueſtro.

Appoſitio eſt cum una proprietas duobus ſubiectis ſine copula attribuit̃ uni notiori: aut magis communi: alteri minus: ut animal homo loqtur: cāis ſtella lucet. Virgilius Ignauum fucos pecus. aut præſepibus arcent.

Synecdoche quid eſt? Eſt cum toti tribuitur proprietas partis: ut homo albus dentes. Aeneas os humeroſq; deo ſimilis.

Antiptoſis quid eſt? Eſt cum caſus pro caſu ponitur: ut urbem quam ſtatuo ueſtra eſt. Terentius. Quas credis eſſe has non ſunt ueræ nuptiæ.

Vot ſunt puncti quibus in præſenti utimur? Nouem. Suſpenſiuus: colus: coma: periodus: ſemipunctus: geminuſpunctus: interrogatiu⁹: exclamatiuus ſeu admiratiuus: & parentheſis.

Suſpenſiuus eſt ſimplex uirgula quæ ſolet quietis gratia poni ante quam ſen/ſus aliquis clauſulæ haberi poſſit: hoc modo. Arma. Geminuſpunct⁹ eſt quo utimur ubi clauſula maiorem quandam quietẽ habet & tamen ſenſum im/perfectum: hoc modo: arma libroſq; meos. Coma eſt quo utimur ubi clauſu la uidetur eſſe completa: & tamen imperfecta eſt: & ponitur planus in ſupe/riori parte lineæ hoc modo. Arma: libroſq; meos diripuerunt milites.

Colus eſt punctus qui ponit᷑ in fine clauſulæ quando ꝑfect⁹ eſt ſenſus. & poni tur planus in inferiori parte lineæ: hoc modo. Arma libroſq; meos diripue/runt milites: q̃q̃ eos nunq̃ exiſtimaui huc uenturos. Periodus eſt punctus qui ponitur in fine clauſulæ quando non modo ꝑfectus eſt ſenſus: ſed ẽt ipſe ſer/mo ut quod ſequitur quaſi de nouo inchoari uideatur: & ponitur in inferiori parte lineæ: adiecta uirgula hoc modo. Arma libroſq; meos: diripuerunt mi/lites: q̃q̃ eos nunq̃ exiſtimaui huc uenturos. Verum æquo animo ferẽda ſunt hæc. Semipunctus dicitur uirgula quam in fine lineæ ponim⁹ cum dictio im/perfecta eſt: & pars in ſequentem tranſit lineam hoc modo. Admiratiuus ſi/ue exclamatiuus eſt qui in tali oratione ponitur. O hominem fortem: o inte/grum: o omnibus qui etate noſtra ſunt præponendum: te ne incepto deſiſte/re nunquam aliquis uidit: te ne fortunæ ſubcumbere. Interrogatiuus eſt qui interrogationem ſignificat: & fit hoc modo: de te uero quid dicam? Parẽthe ſis eſt ubi oratio imperfectæ ad huc orationi interponitur hoc modo. Te ne (dicam quod ſentio) calamitatibus cedere. Hoc igitur exemplo omnium pun ctorum genera notabis. Arma libroſq; meos diripuerunt milites q̃q̃ eos nũq̃ exiſtimaui huc uenturos. Verum æquo animo ferenda ſunt hæc de te uero quid dicam? O hominem fortem: o ĩtegrum oĩbus qui noſtra ætate ſunt præ/ponendum. te ne incepto deſiſtere nunq̃ aliquis uidit: Te ne fortunæ ſubcũ/bere. Te ne (dicam enim quod ſentio) calamitatibus cedere.

De componendis epiſtolis.

Vare inuẽtæ ſunt epiſtolæ? Vt eos cum quibus ſiue ꝓpter abſentiam ſiue propter ruborem: ſeu ob alium quẽuis caſum loq non licet. Cer/tiores facere poſſimus ſi qd ſit quod eos ſcire oporteat ſiue noſtra ſiue illorum ſiue alioꝝ cauſa.

Vnde dicitur epiſtola? Epiſtola græcum plane uocabulum eſt diciturq;. ápótũ epiſtéllin. hoc eſt amittendo q; ad abſentes mittatur. Vnde etiam apotu apo/ſtellin: hoc eſt amittendo. Idem enim ſignificat. unde dicũt apoſtoli. T. Liui⁹ Apoſtolos ſuos fregit in ſenatu. hoc eſt epiſtolas: & nunc libelli q a iudicib⁹ a qbus prouocatum eſt ad magiſtratus mittunt᷑ dicunt᷑ apoſtoli: cum ſint in/ſtar epiſtolaꝝ. Latino aũt uocabulo epiſtolas lr̃as dicim⁹ dũtaxat in numero

plurali. Nā in ſingulari nūero lr̄a ſignificat elementū a uel b. ſignificat etiā manū ſcribētis ut Ci. ad Atticū. Nā alexidis manū amabā: q̄ tā ꝓpe accedebat ad ſimilitudinē tuæ lr̄æ. Repitur quoq̨ aliquādo ꝓ epiſtola apud poetas dūtaxat: ut Ouidius: Quam legis a rapta briſeide littera uenit. Littera

Quot ſunt genera epiſtolaꝝ? Multa ſunt. alia. n. ſunt dūtaxat de rebꝰ diuinis ut ſunt Platōis epiſtolæ ad Dioniſiū: & ī religiōe nr̄a Petri & Pauli & Iacobi & Ioānis epiſtolæ. Aliæ ſunt de moribꝰ: ut epiſtolæ Senecæ: epiſtolæ Aurelii: Auguſini: Hieronymi: Ambroſii: Cypriani: & alioꝝ quæ multa ē̄t de rebus diuinis cōtinēt. Aliæ ſūt de rebꝰ quæ quottidie accidūt: tū ſeueris & grauibꝰ: utpote q̄ uel belli uel pacis tp̄e aut ex caſtris ad urbē: aut ex urbe ī exercitū ſcribūt. fere ſimiles hiſtoriæ. aliæ q̄ de rebꝰ nouis q̄leſcūq̨ acciderint certiores faciūt abſentes. Aliæ cōſolatoriæ: ut ſi uel ꝓpinqui alicuius: uel amici mors aut calamitas interuenerit. Aliæ cōmēdatitiæ. ut cū amicum aliquem aut familiarē. aut alioqn notū ſiue ignotū lr̄is cōmendamꝰ. Aliæ hortatoriæ ut cū filios affines familiares diſcipulos principes aut quoſuis alios ad mores ad ſtudia ad laudē ad decus ad gloriā cohortamur. Aliæ amatoriæ quæ magis poetaꝝ ſunt. ut ſūt epiſtolæ Naſonis: Tibulli Proptii: cæteroꝝq̨ huiuſmodi. Aliæ de rebꝰ familiaribꝰ atq̨ domeſticis: ut deprediis pecore uino frumēto. ſeruis & reliqs id genꝰ. Aliæ poſtremo iocoſæ. dumtaxat animi gr̄a ſcribunt: ut cū deficiēte ē̄t materia ſcribit̄ quicqd in buccā uenit. Ad hæc cætera fere omnia ſi qua ſunt epiſtolarum genera reduci poſſunt. Genera epiſtolarum.

Quid ī primis obſeruandū ē in epiſtolis ſcribendis? Vt ſtilus īferior ſit. & quaſi familiarior q̄ cū uel orōnes uel hiſtorias ſcribimus: & tū ſit ſubiectæ materiæ cōueniens. Nā ut in cæteris tres ſunt dicendi characteres. amplus medius & infimus: ita & epiſtolæ tres ſuos characteres habēt. ab illis tamē diuerſos hoc eſt illis īferiores. Nā q in aliis mediocris eſt. hic eſt ſummus q in aliis īfimꝰ hic mediocris. Infimꝰ uero in epiſtolis quo dicendi genere in familiaribꝰ utimur erit ab īfimo illo oīno diuerſus: hoc eſt leuis facilis. uerbis quottidianis & q̄ſi uernaculus contextus: in quo tū nihil barbarum ſit aut ineptū: Amplo igit̄ illo atq̨ ſublimi utemur: cū de rebus altis atq̨ diuinis epiſtolas ſcribemus: ut plato facit. Mediocri cū de maioribꝰ de rebus geſtis de bello: de pace: de conſilio capiendo: aut rebus aliis ſeueris & grauibus tractabimus. Infimo cū materia erit de rebus familiaribus atq̨ iocoſis. Quid ſit obſeruādum.

Quid amplíꝰ obſeruādū? Vt quoad eiꝰ fieri pōt breues ſint: ꝓpria. n. & q̄ſi peculiaris epiſtolaꝝ ē breuitas. Cauēdū tū ne nimio breuitatis ſtudio: ſqualles: & ieiuna. & conciſa. ac plane ſicca orō fiat. qualis ē Annei Senecæ. a cuius lectiōe adoleſcētes oīno auertēdi ſūt ne paruū ac uicioſū dicēdi modū ībibant q̄q̄ paulopoſt q̄ſi iactis iā fūdamētis idē auctor ſūmo ſtudio legēdus ſit in quo magnæ alioqn uirtutes fuerūt. multū ingenii. plurimū eruditionis cū præſertim ſit uitioꝝ diligētiſſimꝰ īſectator. Quis maxiē ꝓponendus eſt quē ſtudeāt adoleſcētes imitari? M. Cice. hic ī oī dicendi genere oīum optimus fuit: hunc Breues ſit epiſtola. Marcꝰ Cicero.

ſolū præceptores.legāt.Hūc diſcipuli imitenť: nec mō uerba ei⁹ hauriāt. ſed
ēt clauſulas.quin ēt partes ipſas epiſtolaꝝ interdum furenť. & ſuis inſerant.
Ita.n.f.et ut ſucco Ciceronis q̄ſi lacte nutriti: ueri illius imitatores euadant.
Quō exordiēdæ ſūt epiſtolæ? In primis tā ſcribētis q̄ ei⁹ ad quē ſcribiť præponē
dū ē nom̄.& is ad quē ſcribiť ſalutād⁹ ē hoc mō. Pyrrh⁹ Perot⁹. Ni.P.S.D.
eupratein. Vel ſi græce ſcribas Pirros Perottos nicolao perotto eupratein:hic ē enim græ
corum mos.ut bene agere dicant.ubi latini ſalutē dicūt.in fine aūt epiſtolaꝝ
ponendū eſt uale.in quo græci cum latinis cōueniūt dicentes. Cuius nomen
ponit no/ ꝓponiť ſcribētis ne an ei⁹ ad quē ſcribiť? Scribētis ēt ſi ad pōtificē maximū ſi
mē ſcribētis ue regē aut īpatorē ſcribat hō īfim⁹ ſtulta eſt.n.obſeruatio quorūdā q dignio
ri nom̄ dicūt præponēdū eē.Cauēdū ꝑterea ē ne unq̄ dn̄m honoris cā noībus
propriis præponam⁹: ut dn̄o Pyrrho & dn̄o Nicolao: barbara eſt enim ea lo/
cutio.& nuper inuēta. Nō hoc latini non græci ueteres fecerūt: poteſt tñ ad
ignitas di nomen dignitatis ſiue magiſtatus poſt proprium nomen ut ſi ita ſcripſeris.
Sixto pontifici maxīo.Federico īperatori: Baſſarioni cardinali Ferdinando
regi. Nicolao Perotto thuſciæ pro pape Ioāni Perotto Florētiæ prætori. Illū
ēt ſummo ſtudio fugiendū eſt: ne ad unū ſcribēs pluratiuo numero utaris: in
quē errorē oēs fere nr̄æ ætatis hoīes īcurrerūt.putātes ſe magis honorare eū
ad quē ſcribūt ſi barbare loquāť.i q̄ re nō tā ignorātiā hoīum admiror q̄ ſtul/
ticiā. Nā ſi id honoris cā nō faciūt: cur barbare loquūť? Si uero id honoris cā
agūt cur eo quoqꝫ ſermone deū non honorāt? quē ſingulari numero affanť.
Barbare lo An maior in loquēdo reuerētia regi aut pōtifici debeť q̄ deo? Atq barbare lo
quimur nu qmur: cū aliquē unū alloquētes plurali numero utimur. cur ēt non dicamur
mero plura barbare loq cū de nobis ipſis loquētes ꝓ ſingulari pluratiuū numeꝝ uſurpa
utentes. mus dicētes nos ꝓ ego & qd mirabili⁹ ē ī eodē loco mō ſingularē mō pluralē
numeꝝ adhibētes: ut Vir. O meliboee deus nobis hæc ocia fecit. Nāqꝫ erit il
le mihi ſemp de⁹: illius arā ſæpe tener noſtris ab ouilibus ībuet agnus: Ille me
as.errare boues ut cernis: & ipſum. Ludere quæ uellē calamo ꝑmiſit agreſti.
Hic.n.Tytir⁹ de ſe loquēs nūc nos nūc me ait: & Quīti.utinā hoc fata mihi
præſtarēt ut reſiduū laborātis aīæ ī tuo poneremus amplexu. Obtinuit certe
ſus uſus ut in prima pſona loquētes mō ſingulari mō plurali numero utamur. In
ſecūda uero pſona nemo unq̄ doctus ad unū dirigēs ſermonē pluraliter locu
tus eſt. Cui⁹ rei hæc uideť rō fuiſſe qꝛ decet hoīes de ſeipſis modeſte: & ut ita
dicā hūiliter loq: de aliis uero honorifice poti⁹ & cū dignitate conuenit hēre
ſermonē: minuetem⁹ uero quodāmodo dignitatē alteri⁹ ſi ei reb⁹ geſtis alium
q̄ſi ſociū adiungeremus: ut ſi Cæſarē alloquentes diceremus nos pompeiū ſu
peraſtis: ueſtra ē gloria: ꝓ tu Pōpeiū ſuperaſti.tua ē gloria. Ita ecōtrario uide
mur neſcio quō modeſti⁹ loq ſi quæ nos ſoli egimus plurali numero exprima
mus hoc mō: multa ſcripſimus multa geſſimus magnā ſum⁹ gloriā apud no
ſtros hoīes cōſecuti: q̄ſi nō ſoli.ſed aliis adiutorib⁹ ea egerimus. Initiū igiť hu
iuſmodi loquēdi modeſtia fuit atqꝫ hūilitas.ſed tantū plurali īualuit cōſuetu

do: ut ēt ubi hic reſpectus nō eſt modo ſingularem modo pluralē numerum proferamus. Solemus etiam in principio epiſtolarum preſertim familiarium ad amicum ſcribentes hæc uerba ponere. Si uales bene eſt ego ualeo.

Q nis modus cōpoſitiōis i epiſtolis ſeruat? Vt uerbū frequēter in fine clauſulæ colloces hoc mō ego te cōmēdare nō ceſſo qđ lōge pulchri⁹ eſt q̄ ſi diceretur ego nō ceſſo te cōmendare. & ſpē maximā habeo potiuſq̄: habeo maximam ſpē. Interdū tñ in medio ponit̃: ut ſpē habeo maximā: interdum i pricipio⁹: ut ſcripſit ad me Cæſar in quo & imitatiōi attendēdū & aurib⁹ cōſulendum eſt dari. n. alioquin certa regula nō pōt. Circumlocutōibus q̄s græci piphraſes uocant raro utēdū eſt in epiſtolis: fugiēda ſunt ēt noua affectata dura &: obſoleta ſtructura quoq; ipſa facilis eſſe debet & minime iplicata: ut ad manus parati eſſe ſenſus uideat̃. Eſt ne utēdū artificio dicēdi i epiſtolis? Sæpe quodā utēdū artificio ē: ut qđ cupis abſenti pſuadeas. Adhibēda exordia ſunt qbus animū præpes legētis: Adhibēdæ rōnes qb⁹ pmoueas. Vtēdū ē iterim cōfirmatiōe: cōfutatiōe diuiſiōe. Excitādi ſunt affect⁹ & reliq̄ faciēda quæ etiā orō exigeret: ſed hoc nō in oib⁹ epiſtolis faciēdum eſt: ſed ubi ſuadendum aliquid aut diſſuadendum eſt: & præceptum illud quod ſupra de characteribus dixi mus obſeruandum ut etiam artificio dicendi inferiores ſint orōnibus epiſtole: & eo artificio cōponendæ ſunt ut nullum in his artificium eſſe uideatur.

Verbum fine. *Circūlocutiones.* *Exordia*

Licet i epiſtolis aliquādo ponere uerbū p uerbo? Licet pfecto ad maiorem uhæmentiam ſermonis: ut Ci. Vnum hoſtem in tabulis aut tuis aut patris tui em ptum: & uiteſtin pro uiteris. Plini⁹. Dediſſes huic animo pars corpus feciſſet quod optabat hoc eſt ſi dediſſes. Licet ne aliquādo prætermittere uerbum in epiſtolis quēadmodum faciunt poetæ: ut Virgi. Mene icepto deſiſtere uictā: Nec poſſe italiā teucrorum auertere regem? Licet ut Ci. ad Terentiam. Me miſeq; in tantas calamitates mea culpa incidiſſe. Vbi intelligitur uerbum principale uerum eſt: ut eſt ne uerum me in tantas calamitates incidiſſe? Deficit ne aliquando in oratione ſuppoſitum? Deficit certe: ita ut uixē t intelligi poſſit: Ci. ad Herēnium. Ob finem plurimum eo tempore reip. conſulum ſiue ſtultitiam: ſiue malitiam dicere opportet ſiue potius utrunq;.

Verbum p uerbo. *Deficit ſuppoſitum.*

Q uō eleganter dicemus. Io ho receuuto la tua littera? Multis modis dici pōt accepi lr̃as tuas: accepi abs te lr̃as: redditæ mihi fuerūt lr̃æ tuæ: redditæ mihi fuerunt abs te litteræ: reddidit mihi. Helius perott⁹ litteras tuas: accepi q̄s ad me Helio perotto dediſti litteras: accepi litteram quā ad me ſcripſiſti. Tuſculano reddita mihi eſt epiſtola tua: attulit mihi Helius perottus epiſtolā tuam.

Q uid in his notādum eſt? Animaduertēdum primo eſt dare alicui lr̃as ſiue epiſtolā eſt tradere ei ut alii cōſignet dare uero ad aliquem eſt mittere: ut legat: ut dedi Helio perotto uel tabellario: ad te litteras. i. dedi Helio perotto uel tabellario litteras quas ad te ſcripſi: unde reſcribentes poſtea dicimus: Accepi litteras quas Helio perotto ad me dederas.

Dare lr̃as.

Q uid itereſt inter lr̃as & epiſtolā? Significatio eadē eſt: differūt i elegātia. Dici

Lr̃a epiſtola.

mus.n.unā epiſtolā & unas lr̃as.Ideo.n.pluratiuū numeꝝ hẽt un⁹ una unū: ut iūgi poſſit cum noib⁹ carẽtibus ſingulari: ut reliqui filio meo ternas ædes unas i foro: alteras in ianiculo.tertias in ſuburra: nā ſi dicerem⁹ unā ædē: non domū ſed tẽplū ſignificarem⁹: Itẽ dicim⁹ duas tres q̃ttuor.qnq; ſex decẽ epiſtolas: Et binas ternas q̃ternas qnas ſenas dẽas lr̃as: Nec licet diceṙ duas lr̃as nec binas epiſtolas: in hoc tñ cõueniunt: q̈ dicim⁹ dedi ſingulis ſingulas.lr̃as uel epiſtolas.i maiori uero numero nõ cõueniũt: ut dedi ſingulis duas lr̃as.binas epiſtolas: ſed binas lr̃as & duas epiſtolas: & ternas lr̃as: & tres epiſtolas:

Binas ter/ nas quater nas lr̃as.

Vbi ẽt obſeruãdũ ẽ ut ſi dicis lr̃as nõ ſubiũgas q̃rum alteris reſpõdi: ſed quaꝝ alteris: ita ſi dicis epiſtolā nõ dicas quaꝝ alteris iā reſpõdi ſed quaꝝ alteri.

Ab abs.

Cur potius dicim⁹ accepi lr̃as abs te? Quia ab cũ duab⁹ liqdis & cum.i qñ conſonãs eſt: iungitur & cum oib⁹ dictiõib⁹ incipientib⁹ a uocali ab lege ab legatis ab rege ab re ab ioue ab ianiculo ab oib⁹ ab hoſtib⁹. Abs uero cum te: ut abs te abs Tito: interdum cum q: ut Terentius abſquouis homine bñficium accipe gratum eſt. Cum cæteris uero iungitur a ut a nobis a bello a foro.

Afferro. Referro.

Cur nõ ita dicim⁹ rettuli mihi epiſtolā tuā: ſicut attulit mihi epiſtolā tuā. Quia afferre & referre differunt. Afferre.n.eſt aliqd ad aliquẽ ferre ut attulit mihi lr̃as: attulit libꝝ: tps multa affert nobis: Referre uero retro aliqd ferre ut ſi remitterem lr̃as q̃s accepi ita dicerem. Rettulit tibi Heli⁹ pottus lr̃as q̃s mihi abs te attulerat: i quo notãdũ eſt rettulit dicẽdum eẽ: & nõ refert. Vbi oẽs ferẽ nr̃æ ætatis errãt dicentes lator p̃ſentiū i quo nõ mõ barbare loquunť: ſed etiā falſo. Nõ.n.lator ẽ nec cum ſcribunť lr̃æ: nec cũ legunť: ſed cũ ſcribũť latu⁹ ẽ: cũ legũť attulit. Inſpiciẽdũ ãt a nobis eſt tps quo legunť: nõ quo ſcribunť.

Lator

Cũ igiť lr̃as legit is ad quẽ ſcripſim⁹ nõ referũť ſed iā relatæ ſũt lr̃æ. Itaq; rettulit dicẽdũ ẽ nõ refert. ut Ci. Ad Valeriũ. Publi⁹ corneli⁹ q tibi has lr̃as dedit & alibi. Amo eũ q ad te cũ his lr̃is p̄fect⁹ miꝝ imodum: ſed ut eo unde diſceſſim⁹ reuertãť referre eſt retro ferre. Vt Qui.arma: nõ rettuli.i.reportaui

Rettulit mihi & ad me.

Differt ne aliqd.cum dicim⁹ retulit mihi.& retulit ad me: & retulit ſenatui & i ſenatu & ad ſenatũ? Differt ſane. Nã cũ dicim⁹ rettulit mihi: uel retulit ſenatui: ſignificat uel reportauit: ut rettulit lr̃as: referẽtẽ ſigna camillũ: uel enarrauit: ut.T.Liui⁹. Poſtq̃ legati cõſulib⁹ & i ſenatu q̃ geſta erãt retulerũt. Cũ uero dicim⁹ rettulit ad me: & ad ſẽatũ: ſignificat i cõſultationẽ tulit: ut Qui. Nõ rettulit ad matrẽ nõ amicos cõſuluit nõ p̄pinquos: ut Ci. i Catilina. refert q̃s ad ſenatũ.i.ifert i cõſultatõem ſenat⁹. Vir. Delectos populi ad p̄ceres p̄priumq; parẽtẽ Mõſtra deũ referro: & nẽ forte dubitares de ſenſu ſubiũxit: & q̃ ſit ſnĩa poſco. Sed nota q̈ quẽadmodũ dicim⁹ referre ad ſenatũ: ita dicim⁹ ferre ad populũ ut Põpei⁹ ad populũ tulit ex illo fit ſenatuſcõſultũ: ex hoc rogatio q̃ ẽ iſtar legis. Dicim⁹ p̄terea refero tibi acceptũ: p̄ eo qđ ẽ: fateor abs te accepiſſe. Ci. p̄ deiotaro. Uia q̃ poſtea uidim⁹: qđ ãt mali nõ uidem⁹ ſi recte rõcinabiur uni accepta referem⁹ Antõio. Itẽ fero tibi acceptũ: eſt hẽo abs te p̄ recepto id qđ mihi debeas ẽt ſi nulla ſolutio itcruenerit. Referre uero ip̄ eſt mẽ

Ferre acceptum:

rōnē reddere de expēſis factis. Io ho rēduta raſone de le ſpeſe che io ho facte.
Rettuli tibi expēſū: Ponit̄ ēt aliqñ referre ꝓ cōferre. Ci. Si ad unū oia referē Retuli ex
da ſunt digniſſimū eē Pōpeiū: hoc ē ſi i unū oia cōferēda ſūt. Notādū ē ꝙ cū penſum.
referro ſignificat i cōſultationē fero actūm hr̄e pōt: & abltūm cum de ut hæc
oia referā ad ſēatū: & de oib⁹ his referā ad ſēatū. Hoc tñ & frequēti⁹ & elegā
ti⁹ ē: qd cætera cōpoſita a fero: hēnt ne eādē aut uariā ſignificationē. Variā ꝓ
facto ꝓ uarietate cōpoſitōis. Nā āteferre ē ꝑpōere: circūferre ē ꝑ oēs ꝑtes rem Anteferre
aliq̄ ſiue ſermonē: aut rūorē ferr̄: ut circūfert camelū circūfert nouū. Offerre Circūferre
ē dedicare ſeu tradere. ut obtulit deo ſacrificiū obtulit mihi libꝝ ꝓferre ē tol/ Offerre
lerare. ut multas ꝑtulit calāitates. Proferre ꝓnūciare: ut ne uerbū qdē ꝓtulit Proferre
& ē i mediū ferre: & q̄ſi reuelare: ut ꝓtulit tabellas q̄s in ſinu hēbat. ꝓferre ē Preferre.
ēt ꝓrogare. ut ꝓfert negocia. i. lōgū. ꝑferre ē añ ferre: ut pudica uirgo ꝑfert
cōmodo pudorē: ꝙ ſi iter præ & ferr̄ iterpōat̄ me: aut te: aut ſe ſignificat oſtē
derē & q̄ſi ſignū atꝗ argūm̄tū q̄ddā ꝑbere: ut præ me fero magnā hum litatē
.i. oſtēdo magnā humilitatē & ſignū q̄ddā atꝗ argūm̄tū ꝑbeo magnæ humili Auferre
tatis. Auferre ē uel furto uel ui aliqd tolere: ut abſtulit mihi libꝝ abſtulit en/ Deferre
ſe. Deferr̄ iterdū ē deorſū ferr̄: ut d̄tulit nauē i mare. hoc ē deduxit. Interdū ē
accuſar̄ ſine maledicer̄. Vt plæriꝗ iniuſte d̄tulerūt me ad pōtificē: hoc ē accu
ſauerūt & male de me dixerunt pōtifici. Vñ dicūt̄ delatores: hoc eſt clādeſtini
accuſatores: & p i ꝓbitatē ſiue iuidiā malā referentes. Efferre ē iuxta ferre: ut Efferre
effer hanc rē ex ædib⁹ nr̄is. Eſt ēt fun⁹ ferre: ut extulit defunctū ſine ſumptu.
hoc ē fun⁹ fecit. Trāſferre ē trāſportare: ita tñ ut qd ātefert̄ ſæpe rēaneat. Ci. Trāſferre.
Hūc morē ſpātiatæ trāſtulerūt i fœm ias. Idē de off. cus. Q d̄ i una re ab Ennio
poſitum trāſfert̄ i multas. Lucan⁹. Nōdum trāſlatos rōana i læcula lux⁹. In Inferre.
ferre ē imittere: ut ifer digitū i plagā: ē ēt deducere: ut ex maiori & minori ex/
trēitate itulit cōcuſſionē: hoc ē deduxit. Sufferr̄ ē tolerare: & pati. Differre ē Suffere
ꝓtrahei: ut diſtulit negociū hoc ē ꝓtraxit. Eſt ēt differre itereſſe: ut multū dif Differre.
fert ꝓb⁹ ab iprobo. Vñ dr̄ dr̄ia. Cōferre aliqñ eſt cōparare ut cōfer hāc rem il Conferre
li uel cum illa: hoc eſt cōpara. Interdum eſt cōiungere: ut confer oia i unum.
Nōnunq̄ ē ire. Vbi notādū ꝙ ſi cum re ianimata iungit̄ pōt hr̄e i & ad ꝑpoſi/
tiōes: ut cōfero me i templum & cōfero me ad templū: cōfero me i uillā: & cō
tuli me ad uillā: ſi uero cū re aiata: dūtaxat ad: ut cōtuli me ad Platonē & nō
i Platonē Cōfero me ad pōtificē: & nō i pōtificē. Non. n. pōt hr̄e duos actōs
aiatos. ſed ſi habeat alteꝝ actūm rei ianiatæ pōt iūgi cū aiato cū ꝑpōne in: &
habet ſignificatōem q̄dā dōi ſiue bñficii: ut multa cōtuli in te & multa con/
ferā. i multa dōaui & multa dōabo. multis te affeci beneficiis: multis afficiā.
Eſt ne aliud hic notādum? Illud maxie notādum eſt. ꝙ primæ ꝑſonæ uerbi raro Primæ pſo
addit̄ ego: & ſecundæ ꝑſonæ raro addit̄ tu: cui⁹ rei rō eſt: qa ſola hæc duo ꝓ ne raro ad/
noīa ſubintelligi pūt. cum. n. dicim⁹ ſcripſi ſubint. lligit̄ ego: & cum dicimus ditur ego.
ſcripſiſti: ſubintelligit̄ tu Fruſtra itaꝗ ſæpe ponerent̄ hæc ꝓnoia ponunt̄ ta
men aliquando ad maiorem expræſſionem: eadem ratio eſt priæ & ſecundæ

perſonæ numeri pluralis: ubi nos & uos pronomina intelliguntur.

Quō latine eleganter dicimus? De la quale littera io ho preſo gran piacere? Id quoq; multis modis exprimimus: Quæ magnam mihi uoluptatē attulerūt. quæ mihi gratiſſimæ fuerūt: quæ me nō mediocri uoluptate affecerūt. quæ mihi mirū īmodū iucūdæ fuerūt. Ex quibus nō mediocrē lætitiā percepi. quæ uix exprimere poſſim quantum mihi uoluptatis attulerūt. quibus nihil mihi accidere iucundius potuiſſet quibus nihil mihi poterat gratius afferri q̄ ſingulari me lætitia affecerunt.

Gratum iocundum. Quid intereſt iter gratū & iucūdū? Iucūdū ꝓpriæ i reb⁹ ſcdis dicit̄. gratum in aduerſis: In iucūdo.n.ē quædā grā delectationis tantū flūina. fōtes: nemora roſæ: flores iucūda ſunt: In grato uero ēt cōmodi ut aſpectus meſſis: olearum fructicū. uineaꝝ gratus ē. Dicimus aūt hoīem iucūdum nō q lætus ē ſed qui lætitiā alteri affert. Vnde pōt aliqs triſtis mœſtuſq; eſſe & tamē iucundus: ut mœſtitia inimicoꝝ iucunda eſt nobis. Vnde nō recte locutus ē q dixit: Iucundos nos faciat ſuæ itereſſe cōmemorationi. Iucūdos dixit ꝓ lætos. Exprimit āt hāc drīam optime Cicero ad Sulpitiū cōſolantē de morte filiæ. Seruius inquit tuus oībus reb⁹ interfuit cuius officia & ſi aliquando iucūdiora nunq̄ tñ gratiora. Idem amor tuus gratus & optatus dicerē iucundum niſi id uerbū omne tp̄s pdidiſſem. Cōiungunt̄ ēt hæc duo adiectiua in ea quā diximus proprietate hoc modo: Litteræ tuæ gratiſſimæ mihi ac iucundiſſime fuerunt.

Afficere. Afficere qd ꝓprie ſignificat? Afficere.n.ē affectionē quādā ſiue diſpōne īducere. ut hæc res afficit me dolore.i. inducit ī me dolorē: afficit me moleſtia.i. īducit mihi moleſtiā: afficit me lætitia: afficit me cōſolatiōe.i. affert mihi gaudiū affert cōſolationē. Repitur ēt abſolute poſitū hoc uerbū: ut multa ſunt quæ afficiunt hoīem: hoc ē affectiōes ſiue affectus īducūt. Hincq; & affectio dicit̄ & affectus. Quāq̄ Ci. ſolo affectionis uocabulo utat̄: nunq̄ affect⁹: quo Quintilianus & poſteriores oēs utunt̄. Eſt āt affectio: ſicut Ci. diffinit animi corporis ex tp̄e aliq̄ de cauſa mutatio: ut lætitia: gaudium dolor. moleſtia & ſimilia:

Affectio. Affectus.

Facio tibi iuriam. Aiaduertēdum autē q̄ dicim⁹ facio tibi iniuriā & afficio te iniuria: facio tibi cōtumeliā: & afficio te cōtumelia. Nō āt dicim⁹ facio tibi moleſtiā facio tibi lęticiā facio tibi uoluptatē: facio tibi gaudiū: facio tibi iucūditatē: ſed afficio te moleſtia: afficio te lætitia: afficio te uoluptate: afficio te gaudio: afficio te iucunditate. Quid facio ex quo hoc uerbum expōit̄. quot modis capit̄ ī orōne? multis: modis: ſed illud ī primis notādum ē qd ī epiſtolis frequētiſſime pōim⁹.

Facio te certiorem. Facio te certiorē: & nunq̄ certū: dicim⁹ ēt facio tibi gratū facio ludos facio rē diuinā: facio ſacrificiū. Itē illud diligēter attēdēdū eſt: q̄ dicim⁹ feci dānū feci iacturā: feci naufragiū q̄ſi paſſus ſum dānū: iacturā: naufragium: ut reſpublica fecit iacturā: & dānū Cicerōis īteritu latinæ litteræ fecerunt: & Quintilianus ī portu naufragium fecim⁹: queādmodum ēt dicim⁹: fregi brachiū: ꝓ eo q̄ brachium meum fractum eſt: & fregi nauē: ꝓ nauis mea fracta eſt. Itē dicimus facio tibi copiam rerum meaꝝ: facio lucrum: facio urinam: & ſimilia.

Fregi brachium.

Quomodo cōponit᷑ afficio? Ex ad & facio. Cōponitur etiam cum aliis præpoſitiōibus: ut iterficio: hoc eſt neco: officio: ideſt noceo: cuius paſſiuum eſt officior: perficio quod eſt abſoluo. Deficio quod interdū ſignificat deeſſe: & exigit accuſatiuum: ut tp̄s me deficeret. Hoc eſt tp̄us mihi deeſſet. Interdum ſignificat deſiſtere ab uno ad aliū: & quaſi rebellare: & habet accuſatiuum cū ad ut deficit a Cæſare ad Pōpeium. hinc fit defectio ut p defectionē opidanorum præſidiū ſe in arcem recepit. Defectus autem fit a deficio quando ſignificat deſum ut deficiūt mihi pecuniæ. nō poſſum icūbere lr̄is: & pp defectū pecuniaꝝ nō poſſum icūbere lr̄is: defectu medicoꝝ: multi peūt. hoc ē qa deſūt medici. Nō āt ſignificat culpā: ſiue uicium: ut multi p iperitiā capiūt defect⁹. hoc eſt uitia. Vnde eleganter dicere poſſumus. Plures pereunt culpa medicorum q̄ defectu: plures pereunt quia malos hn̄t medicos q̄ quia non habent.

Intetfici Officio. Perficio. Deficio. Defectus

Efficio idē eſt quod facio: unde officium dicitur id quod facere unuſquiſq̧ debet: unde etiā factio a facio dicit᷑. ꝙ oppidanos ambiendo facimus unius: aut alteri⁹ partis. Proficio: ideſt fructū & quaſi ꝓfectum facio: ut adoleſcentes diſcēdo proficiunt: propter quod barbare loquuntur q diſcumbētes ita ſalutāt proficiat uobis. Dicendum potius eſſet proficite aut proficiatis Præficio ideſt præpono alicui rei agendæ. Vnde præfecti uigilū: præfecti ærarii. q aut uigilis aut ærario præfecti ſunt: Inficio hoc eſt tingo: ut lanæ infectæ interdum maculo ut ea lues finitima etiam loca infecit: Sufficio quod interdum ſignificat ſatis ſum: ut ſufficiat mihi beniuolentia principis. Interdū ſubſtituo: ut in locum defuncti conſulis ſuffectus eſt alius. Reficio quod eſt rurſus facio ſiue inſtauro: ut reficit domum: reficit templa. Conficio quod interdum pro facio: interdum pro perficio ponitur: ut confeci negotium tuum: hoc eſt pfeci. Reperitur etiam cum nominibus compoſitum: ut ſupra cum de uerbis tractaremus oſtendimus.

Efficio. Officium Proficio. Prefìcio Inficio. Sufficio. Reficio Conficio.

Officium de quo paulo ante mentionē feci qd ē? Eſt ea uirtutis actio quā græci prepon uocant: hoc eſt quod homini loco tp̄is dignitati conuenit. Vnde recte dicit᷑: in familia nr̄a oēs officium exercēt. i. oēs agunt quod debent. Et eo legatis obuiā officii gr̄a. i. quia ſic debeo. Vnde factū eſt: ut officia ſignificent ēt beneficia: ut Non ſunt exprobanda officia: & Quintilianus. Duxit me ſimilis ætas effecerunt officia: cœpit fides: amantem odiſſe nō potuit Magiſtratus quoq̧ aliquando officium dicitur: & artes bonum ſuum officium habent. Vnde officium dicimus grammatici: officium medici: officium architecti.

Officium

Quomodo eleganter dicemus? Perche de la dicta littera io ho facilmēte compreſo che tu ſei ſano: & che non ſolamente me uoi bene: ma me ami grādamēte. Ex his. n. facile perſpexi te & ualere: & non modo me diligere ſed etiam uehementer amare. Item quando quidem ex his intellexi & tibi bene eſſe: & me abs te non ſolum diligi: ſed etiam uehementer amari. Itē cum ex his facile cognouerim te & icolumen eſſe: & me nō uulgariter: ſed mirifice amare. Item ꝙ ſiue quando. ſiue nam. ſiue nanq̧ ſiue quoni

am ſiue quia: ſiue quippe ex his perſpexi & ualere te: & non modo me dilige/re ſed etiam mirifice amare: uel quin etiam mirifice amare.

Venuſti⁹ ē ſermo p infi/nitū q̄ per ſubiūctiuū

Quid ī primis notādū eſt? Quod ea q̄ p ſubiunctiuum uerbum cū coniunctione ꝙ dici poſſunt: longe elegantius ſiue ꝙ p infinitiuū dicunt̄. Verbi gratia. io ſo che tu leggi. Scio ꝙ tu legis: ſcio te legere. Io ho cognoſciuto che tu me ame. Perſpexi ꝙ tu amas me. ꝑſpexi te amare me. uel me amari abs te. Spero che q̄ſto o uero e: o uero ſera. Spero ꝙ hoc uel eſt: uel erit. Spo hoc uel eſſe uel fore. Io ti ꝓmetto ſopra la mia fede che tu me pdonerai a me: & io perdonaro a te. Do tibi fidem ꝙ & tu mihi: & ego tibi ueniā dabo. Do tibi fidem & te mihi & me tibi ueniā datuꝝ. Certa coſa e che q̄ſte coſe ſe deueriano ſcriue re nō in carta: ma i marmore: o uero in metallo: Certū eſt ꝙ hæc nō ī mēbranis ſcribi deberent: ſed uel in marmore uel in æs. Certum eſt hæc nō in membranis: ſed ī marmore uel in æs ſcribi debere. Vel potius. Certum eſt hæc nō in membranis: ſed in marmore uel in æs ſcribenda eſſe.

Eſſe & fore

Quid intereſt īter eſſe & fore? Eſſe præſentis tpis ſignificationē hēt: fore uero futuri. Ideoq eſt fore qđ futuꝝ eſſe. Licet forē fores foret idē ſit ꝙ eſſem eſſes eſſet. Vnde barbare loquūt̄ q dicunt amatuꝝ fore: quod ꝑinde eſt ac ſi dicere tur amatuꝝ futuꝝ eſſe. quæ duo futura latina līgua nō patit̄. Itaq; cū noib⁹ iungit̄ fore nō cū pticipiis: ut ſpo te amatorē fore. Nā cū dicim⁹ ſpero te amātem mei fore nomē eſt amātē nō pticipium: nō.n. dicerem⁹. Spero te amantē me fore. Ci. Spero amiciciā nr̄am notā poſteritati fore: poſteritati dixit: non a poſteritate: ut nomē ſit nō participiū. Dicim⁹ aūt ſpo te admirandum fore cū adoleueris: hoc eſt dignum admiratiōe: nā ꝓ noie ponit̄. Cōpoſita uero a forē abſolute ponunt̄. Virg. Affore cernetis: hoc eſt affuturos uidebitis uel iudi/cabitis ꝙ aderū. Ci. Veꝝ arbitrant̄ nō defore q illā reſtituant: hoc eſt nō de/futuros: uel ꝙ nō deerunt. Confore & profore apud poetas legunt̄. Horati⁹ quæ nocuere ſequar fugiam quæ profore credam: hoc eſt profutura eſſe.

Affore.
Defore.
Confore.

Nōne īpfecta ē oīo illa ſupior: Do tibi fidē ꝙ tu mihi & ego tibi ueniā dabo. deficit enim: ꝙ tu mihi ueniā dabis. Nā dabo illud poſtremum nō pōt referri ad tu: ꝙ eſt ꝓnomē ſecundæ pſonæ? pfecta eſt oratio & nihil deeſt. Nā cum in

Verbum de et ſeq ultimum ſup/poſitum.

oratione plura ſunt ſuppoſita: uerbū ſeq debet ultimū ſuppoſitū: ut ego te de grāmatica: tu me de epiſtolis pcontaris. Subintelligit̄ enim in pria parte pcōctor: ſic ecōuerſo: tu me de epiſtolis ego te de grāmatica pcunctor: ſubintelligit̄ ī prima parte pcunctaris: ſed aiaduertēdum diligēter ꝙ hoc nō fit quando p cōparationē aut ſimilitudinē loquimur: ut longe melius ego q̄ tu id dixiſſem: nō pōt dici dixiſſes: Hector ita eleganter hoc ut tu dixiſſet: nō pōt dici dixiſſes: tu melius q̄ ego diceres: non poteſt dici dicerem.

Dare fidē.

Do fidē qđ ſignificat? Dare fidē nō eſt adhibeī fidē: ut fere oēs loquunt̄. Des fidem uerbis illi⁹. i. credas: & nō eſt dāda fides uerbis illi⁹. i. nō eſt credēdum: illi. Immo ſoleo ego p iocū uernacula lingua dicere cōtrariū: & cū uideo aliquem infidū atq; mēdacē: aſſerere. A coſtui ſi uole dare fede: & querētibus perche?

Reſpōdere pche nō ha niēte: eſt ergo dare fidē aliqd ſacte ꝑmittere quemad/
modum uernacula ligua dicim⁹. Io te ꝓmetto ſopra la mia fede. Virgili⁹. acci
pe daq; fidē: hoc eſt accipe ſanctā ꝓmiſſionē a me & da mihi uiciſſim tuam.
Quod autem uernacula lingua dicim⁹. Dare fede ad altri: latīe dicim⁹ habere fidem. Quintil. Fidem habes hominibus quos mentiri alius affirmat: Illud quoq; notandum ꝙ a fides fit perfidus penultima breui: hoc eſt q fidem uio/
lat. A fido uerbo fit infidus penultima longa: hoc eſt cui non eſt fidendum. — Habere fidem. — Infidus.

Quæ eſt lingua uernacula? eſt lingua uulgaris & illiterata: quā imperiti mater nā uocāt: & dicit᷑ uernacula: quaſi peculiaris patriæ noſtræ: & in noſtra pā/
tria nata. Nam uernaculus ſa lum ſignificat quod domi noſtræ & ī patria no ſtra natū dicit᷑ a uerna: q eſt ſeruus domi noſtræ natus: hoc eſt ex nr̄a ancilla. — Vernacula

Dare ueniā eſt ne qđ dicim⁹ indulgere an aliud ſignificat? Longe hæc diuerſa ſunt. Impiti capiunt īdulgentiā ꝓ uenia: ut īdulgentiā & remiſſionem pcōꝝ tuoꝝ tribuat tibi oīpotēs & miſericors dn̄s: ſed hoc barbare nō latine dicit᷑. Indulgere. n. eſt cōcedere. & cum q̄dā q̄ſi ſuauitate ꝓmittere: ut īdulgent gu læ: īdulgent uentri. Quin. Mollis illa educatio: quā indulgentiā uocam⁹ non ergo īdulgentia ꝓ uenia accipienda eſt: dicēdum nō eſt: eo romā ꝓ indulgen/
tia. ſed eo romā ad īpetrādā ueniā: uel gr̄a īpetrādæ ueniæ. Sed ecōtrario ue/
nia aliqñ q̄ſi ꝓ īdulgentia ponit᷑: ut da mihi hāc ueniā: hoc ē īdulge mihi: & cō cede aut ꝓmitte mihi q̄ſi ueniā datur⁹ poſtq̄ id fecero: & cum uenia tua ibo: hoc ē dabis mihi ueniā ſi ibo: qđ īperiti dicunt cum licentia. In q̄ re errāt fere oēs grāmatice pceptores: ꝓ bonis lr̄is docentes diſcipulos ſuos barbariē. Icciri co notād⁹ eſt diligēter hic loc⁹. El maeſtro de la ſchola ha dato licētia a li ſuo ſcholari. Nō eſt dicendū. Ludi magiſter dedit licētiā diſcipulis ſuis. Licētia. n. eſt libertas q̄dā poti⁹ ad male agendum; & dr̄ a uerbo licet. Hoc eſt cū licet qc qd libet. Sed ludi magiſter dimiſit diſcipulos ſuos: uel ludi magiſter īdulſit di ſcipulis ut abirent. uel ludi magiſter dedit diſcipulis ueniā abeundi. Vel ludi magiſter dedit diſcipulis cōmeatum: qppe tria ſignificat cōmeat⁹ ānonā. lo/
cum ī quo ānona publica cuſtodit᷑: & facultatem abeundi: ut petii ab impato re cōmeatum: cœpi ab impatore cōmeatum. dedit mihi impator cōmeatum Item el maeſtro me ha dato licentia de andare a fare mio deſtro: Præceptor me⁹ īdulſit mihi ut eā ad curādum corp⁹. Vel pceptor me⁹ fecit mihi poteſta/
tem eundi: ad curādum corp⁹. Vel dedit mihi ueniā abeundi & corp⁹ curādi. Licet. n. curare corpus generale uerbum ſit ad oīa q̄ ad curā corporis ptinent ut puta euacuare uentrem: lauare. pectere: eſſe potare: qeſcere: capitur tn̄. Præcipue: honor ſit aurib⁹ tuis: ꝓ merere & egere & caue ne dicas dedit mihi ptātem. ſed fecit. Dare. n. ptātem eſt rem alicu⁹ arbitrio cōmittere lōge pluſq̄ facere ptātem. El maeſtro ce ha dato licentia che noi andiāo a merenda. Con ceſſit nobis pceptor noſter ut eam⁹ merendiatum indulſit nobis ut eam⁹ me/
rendiatum dedit nobis ueniam: fecit nobis ptātem eundi merendia: um. Me rendiare. n. aliquādo ſignificat cibum meredianum cape: q & merēda dr̄ ali/ — Dare ueniam. — Indulgere — Indulgētia — Licentia. — Cōmeatus — Curare — Dare poteſtatem — Merēdiare

quãdo ſonum: unde dicit̃ meredian⁹ cibus & meredian⁹ ſomn⁹: poſtmeridia/
ſtmeri/ nus cib⁹ & poſtmeridian⁹ ſonus. Dicit̃ etiã meridiana exercitatio: & poſt me
nus. rediana exercitatio. ut igit̃ breuiter cõcludã indulgere eſt cum q̃dã facilitate
cõcedere ueniã. aliquãdo ignoſcere aliq̃do permittere. & quaſi indulgere.

rtum eſt Certum eſt qd ꝓprie ſignificat? Aliqñ maĩfeſtũ eſt & exploratũ eſt: ut nos hoc loco cœpimus. Aliqñ deliberatum & cõſtitutum eſt quo loco frequenter ad/iungit̃ datiu⁹: ut certum eſt mihi poti⁹ mori q̃ hãc ignominiã ſubire. i. decretũ: & liberatum a me eſt. Vir. Certum eſt i ſyluis iter deſerta feraꝝ. Male pati.

marmo in æs Quare dicim⁹ in marmore uel in æs ſcribenda: & nõ potius in marmore & in ære? Quia ita obtinuit uſus eruditoꝝ. dicimus enim in marmore inciſæ ſunt litteræ. in gemmis: in auro: in ligno non autem in marmor: in gemmas. in li/gnum. econtrario uero dicimus in æs inciſas litteras. & nõ in ære. nõ eſt ne/ceſſe afferre exempla quia nuſquam aliter reperitur.

uãdo cũ nã nãq; oniã qa ippe. Differunt ne inter ſe hæ cõiunctiões qbus in eodem loco uteris. n. quãdoqdem quãdo: cum: q;: nam: namq;: quoniã: qa: qppe? Eadem certe eſt oium iſtoꝝ ſi/gnificatio. quãdo accipiunt̃ ꝓ qa ſed differunt in elegãtia: Enim nunq̃ in ora tione præponit̃. ſed ſemp ſortit̃ ſecundum locum aut tertium: ut ego eni: ex his eni: Nã nunq̃ ſecundum locum aut tertium habet: ſed ſemp primum. Vt nã multa ſunt quæ dici poſſunt. Nãq; aliquãdo primum locum ſortit̃: aliquã do ſecũdum. Quãdo qdem & quãdo ſemp præponunt̃. Vir. Quando qdem auſonios nõ fas cõtingere port⁹: Idem Hic tibi fabor. n. quando hæc te cura remordet. Quia & quoniã ſemp ꝑponunt̃: niſi forte poſtponat̃ aduerbiis: ſi/ue interiectiõib⁹: ut heu qa: huc quoniã. & nõ qa heu: & nõ quoniã heu. Si/cut etiã: nã quod ſemp alioquin præponit̃. Heu qa nã tanti cinxerunt æthe/ra nimbi. Et Cicero. Nunqd nã inquid noui: ſed hoc in cõpoſitione poti⁹ eſt: & nõ ſignificat qa. Cum præter ſupradictoꝝ morem ſemp ſubiectiuum req rit ut cum ex his facile cognouerim. Quippe ſignificat: qa certe.

rſpexi ſpicio cũſpicio eſpicio oſpicio ſpicio eſpicio onſpicio Perſpexi qd ꝓprie ſignificat? diligenter & plane intellexi. Vnde componitur? Ex per & ſpecio. i. uideo quo uerbo ueteres utebant̃: Ex quo etiã alia plurima cõponunt̃. ut aſpicio hoc eſt uideo: circũſpicio quod eſt circumluſtro oculis. Deſpicio quod aliquãdo ſignificat contemno. interdum deorſum aſpicio. ut Quint. Nullam ergo res humanas reſpicere ꝓuidentiam arbitror hoc eſt ſu perne aſpicere: Proſpicio quod eſt a longe uideo. unde dicit̃ ꝓſpectus quod ſpeculum ſignificat: interdum ſignificat ꝓuideo ſi cum datiuo iungat̃: pro/ſpice rebus noſtris: hoc eſt ſubueni. Inſpicio hoc eſt diligenter & quaſi intus aſpicio: ſuſpicio ſurſum aſpicio introſpicio introaſpicio. diſpicio diligenter in/tueor. Reſpicio retroaſpicio. Conſpicio uideo: ſiue ſimul uideo. Aſpecio fit ẽt ſpecto ſpeculare ſpectaculum. ſpecimen. ſpeculum ſpecus & auſpicium ab aſpiciendis auibus.

e ꝓnomẽ Te pronomen qd habet quod ſit notari dignum? Aduertendum eſt ne incida mus in barbariem aliquorum qui genitiuos iſtorum pronominum mei tui:

ſui idẽ putant eſſe quod pronomina ab his deriuata me⁹ tuus:ſuus: & æque poſſe dici iſte liber eſt meus: & iſte liber eſt mei. iſte liber eſt tu⁹: & iſte liber eſt tui. ille legit librũ ſuũ: & ille legit librũ ſui. qd a ueritate multũ abhorret.

Hoc ut facilius intelligat̃: ſciendum eſt genitiuos omnes aut actiuæ aut paſſiue accipi actiue: ut prouidentia dei: bonitas dei: paſſiue ut timor dei: & cult⁹ dei: quippe deus timetur: & colitur. Tria igitur iſta pronomina ego tu ſui ſola oium binos genitiuos ſortita ſunt. unos mei tui ſui. alteros qui iam exoluerunt mis tis ſis. loco quoq; fere nunc ponuntur deriuatiua illa meus tuus ſu⁹ ideſt quotienſcunq; actiua oratio eſt: ut hic liber eſt meus uel mis: Plautus. Da diem hunc ſoſpitem rebus mis agendis. Mei uero tui ſui nunq̃ ponũtur niſi paſſiue. Q uintilianus. Amore mei dicit eſſe matrẽ ſuã. Cicero quod deſiderium tui ferre nõ poſſet: & me tui pudet. Virgilius. Q uiq; ſui memores alios fecere merendo. Ita etiam in plurali: nam noſtrum & ueſtrum quæ ſuccedunt loco mis & tis utimur actiue tantum: ut nemo noſtrum & nemo ueſtrũ Noſtri uero & ueſtri: quæ ſuccedunt loco mei & tui utimur tantum paſſiue: ut habet curam noſtri: habet curam ueſtri. Nec diceretur nemo noſtri: & nemo ueſtri: nec habet curam noſtrum: & curam ueſtrũ. Vnde ſunt qdã modi dicendi habentes utrũq; ſenſum: ideoq; utroq; modo dicuntur: ut habes poteſtatem meã actiue: ideſt omnem poteſtatem quam ego habeo & poteſtatẽ mei paſſiue: ideſt poteſtatem faciẽdi de me quicquid libet: Octauius omnib⁹ faciebat ſui conueniendi poteſtatẽ Sic copia mea & copia mei utilitas mea: & utilitas mei: facultas mea & facultas mei: amor meus: & amor mei: uſus meus & uſus mei: non autẽ fortitudo mei ſed fortitudo mea. nec doctria tui ſed doctrina tua. Cuius rei certiſſimũ argumentum eſt ꝙ dicim⁹ mea unius cauſa. & nõ mei unius cauſa. quod certe diceretur ſi mei poni actiue in genitiuo poſſet ſicut unius in genitiuo ponitur. Cicero in Gabiniũ & Piſonem. Dico mea unius opera rem publicã eſſe liberatam: idẽ ad Atticum. ſolius. n. meũ peccatum corrigi non põt: Idẽ pro murena: ex tuo ipſius animo cõiectu ram ceperis. Item in plurali. Q uintilianus. ſuæ ipſorum fiducie dimittunt. | Differẽtia gti primitiuorũ & deriuatiuorũ mei tui ſui

Q uin etiam apud noſtros recentiores hoc idem reperit̃ ut in pſalmis. Exaudi uocem meã clamantis ad te. & alibi. Audi uocẽ meã loquentis: & alibi. Memorabor iuſticiæ tuæ ſolius: ſolius enĩ maſculini generis eſt: & ad deũ refert̃: ut ex græco apparet: Itẽ libro regum ſecundo: Suſtulit de latere meo ancillæ tuæ dormientis: & in euangelio Lucæ: Suam ipſius aĩam pertranſibit gladi⁹ & Boetius. Solãtor mœſti nunc mea fata ſenis.

Illud quoq; notãdũ de his tribus pronoĩbus eſt: quod propter cæterorũ uſum ſolent aliquando geminari: ut Meme adſum qui feci: in me conuertite ferrũ & uerte omnes tete in facies: & contulit ſeſe in templum.

Valere qd ꝓprie ſignificat? Bene eſſe & ſanũ atq; icolumẽ eſſe: & licet ualitudo mediũ uerbũ ſit: & tã bonã q̃ malã ualitudinẽ ſignificet: tñ ualeo ſemper capit̃ in bonã partẽ: niſi aliud uerbũ addat̃: ut puta male ualeo. uel nõ recte | ualere

ualeo. Sic ecõtrario ualitudinari⁹ ſemp capiť ꝑ infirmo: nã qđ apud Terenti
· um eſt. Valeãt q inter nos diſſidium quærunt nõ eſt exponẽdũ ꝑeant: ut aliq
uolũt ſed abeãt & diſcedãt. quod inde tractum eſt: qa ſemp ſolemus abeuntes
hoc uerbo ſalutare: uale ſic uenientes hoc uerbo ſalue: ꝗꝗ id uerbũ aliquan/
do ẽt i diſceſſu ponať. Vt Cicero. Vale mi Tyro uale & ſalue. Simile huic Te
rentiano eſt illud Ciceronis: Si de⁹ eſt talis: ut nulla gratia: nulla hoĩum cha
ritate teneatur. Valeat quod ſi ſignificaret pereat. ꝑfecto Cicero nõ dixiſſet
Lactãtius. de deo. Sed hũc ipſum locũ Lactantius ita exponit. Quid cõtẽptius. inquit
potuit in deũ dici ualeat. inqt: ideſt abeat ac recedat. cum ergo dicimus. Vale
ant qui inter nos diſſidium quærunt: ualeant qui de nobis mala dicunt: uale
ant qui aliter ſentiunt. perinde eſt ac ſi diceremus diſcedant a uobis Siue eos
cum ſuo odio & maledicentia & inſcitia relinquamus.
Te & ualere & nõ modo me diligere. Nam ſatis eſt dicere: te ualere & nõ mõ
Coniũctio me diligere. Et ita una ex his cõiũctiõibus & ſupuacua eſt. poſſet qdẽ altera
ſupuacua. ex his cõiũctiõib⁹ dimitti: tñ nõ i elegãter ſæpe nũero duæ ponũť ubi una ſuf
ficeret: qđ fit ad maiorẽ rei exꝓſſionẽ: ut ego quottidie lego aliquid & ſtudeo:
ego quottidie & lego aliqđ & ſtudeo. ego te diligo & amo: & ego te diligo &
amo. Ego dilexi te & q̃tũ i me fuit tibi bñ feci: ego & dilexi te & q̃tũ i me fuit
bñ feci. Facile ꝑſpexi: qđ ꝓprie hoc loco ſignificat facile. Significat nõ dubie
& mãifeſte. Ci. Vir ꝯ oium toti⁹ græciæ facile doctiſſimũ Platonẽ: nota ꝙ tam
Longe. lõge q̃ facile amãt ſecũ iũgi cõpatiuũ. Vir. At pedib⁹ lõge melior licus: Et re
latiuis ſiue aduerbiis ſignificantib⁹ diuerſitatẽ: queãdmodũ ſunt alius alter:
ſec⁹: lõge: ante: lõge poſt: & cõpoſita a præ: ut lõge ꝓſtat & lõge ꝓſtãs. Quin
tilian⁹. Sed eũ lõge præcedũt i gẽia uiuẽtiũ & cætera. quæ q̃dã ſuplationẽ ha
bẽt. & ꝓxima ad ſuplatiua accedũt: ut lõge ſupat: lõge uincit & nõia quæ di
uerſitatem ſignificant. ut longe diſſimilis longe alienus & longe diuerſus.
Princeps. Princeps licet adiectiuũ. quidem ſit. tñ qa ſuperlationem quandam ſignificat
aſſueſcit ſibi lõge: Quintilian⁹. Nouẽ lyricoꝝ lõge Pyndar⁹ princeps. Facile
eodẽ modo. Cicero ꝓ Roſcio regionis illi⁹ uirtute. exiſtimatiõe. nobilitate fa
cile pricẽps. præterea cũ primus: ſecundus cũ ſimilibus. cũ non reſpicimus or
Facile ſecõ dinẽ ſed dignitatẽ: ut facile ſecund⁹ a Cæſare. hoc eſt poſt Cæſarem primus.
dus Iungiť tamẽ facile cũ aliis pleriſqꝫ nominibus & uerbis quod lõge non facit.
Neqꝫ enim diceremus longe intelligo. & longe ꝑſpicio pro ualde intelligo: &
ualde perſpicio ſicut dicimus facile ꝑſpicio: & facile intelligo: pro haud dubie
Longe ual perſpicio & intelligo. Hoc igitur inter longe & ualde intereſt ꝙ longe & ual/
de. de proprium eſt comparatiui & ſuperlatiui exceptis paucis: ualde autem po/
ſitiui ut ualde bonus ualde malus: ualde laudat: ualde uituperat: nec dicere/
tur: longe bonus: longe malus: longe laudat. longe uituperat.
facile & ma Inter facile & manifeſte ſimiliter hoc intereſt. ꝙ facile cum his quæ ſupra dixi
nifeſte non mus poniť: ut facile præſtat: facile perſpicit: manifeſte paſſim cum omnibus.
modo. Non modo quid ꝓprie ſignificat. Non ſolũ: mõ enim aliquãdo ſignificat ſolũ

ut hoc loco: aliquãdo eſt datiuus ſiue ablatiuꝰ huius nominis modus modi: nõ
nũq̃ ſignificat aliquãdꝯ: ut modo ais modo negas. aliquando ponit̃ pro dum
modo ut modo me uocaueris ueniam. ideſt dummodo me uocaueris.

Nedum & non tãtum

Magna aũt differẽtia eſt inter nõ tãtũ & nedũ. Nedũ enim duobus duntaxat
modis in orõne accipimꝰ. Vno cũ utrãqꝫ ſentẽtiam eodẽ claudimus uerbo: ut
ꝑ te uitã exponerẽ: nedũ fortunas Alteꝝ cũ utriqꝫ ſentẽtiæ ſuũ uerbũ damꝰ
ut ꝑ te uitã expõerẽ: nedũ fortunas meas effunderem. Ponitur etiã negatiue
hoc modo. Non perderẽ ꝑ te quadrantem nedũ uitam. Itẽ non perderẽ ꝑ te
quadrantẽ: nedum uitã exponerẽ. Vbi notãdum eſt ꝙ in affirmando id quod
plus eſt in prima parte ponit̃ & quod minus in ſecunda ut uita in prima par/
te ponitur pecunia in ſecunda: In negando uero ecõtrario quod minꝰ eſt pri/
ma parte ponit̃: ut pecunia: & quod plus eſt i ſecũda: ut uita: atqꝫ ĩperiti hac
dictionẽ capiunt pro nõ ſolum: dicẽtes nedum pecuniam ꝑ te exponerẽ ſed
etiã uitam: quod dicẽdum eſt uitã ꝑ te exponerẽ nõ ſolum pecũiam: aut ꝑ nõ
ſolum ſic: non ſolum pecuniã ꝑ te exponerem: ſed ẽt uitam: Item non ſolum
fortũas meas ꝑ te effunderem: ſed etiam uitã ipſam expõerẽ: & negatiue nõ
modo pro te nõ exponerẽ uitã: ueꝝ ne pecuniam qdem: & non modo pro te
nõ exponerem uitã ueꝝ ne pecunias qdẽ meas effunderem: Vbi notandũ ꝙ
qñ per nõ modo: uel nõ tantum: uel nõ ſolum loqmur affirmando qdẽ quod
minus eſt in prima parte ponimus & quod plus in ſecunda. Negando uero
quod plus eſt in prima: & quod minus in ſecunda: Item notãdum ꝙ ubi poni
tur nedum. poteſt etiam poni nõ modo ſed addita altera negatiõe: ut ego nõ
ponerem pro te obolum: nedum exponerem uitam. ego nõ ponerem pro te
obolum. non modo nõ exponerem uitã: ſed hoc per raro reperitur.

Amare diligere.

Quid intereſt inter diligere & amare? Amare plus eſt q̃ diligere. Cicero. Quẽ
& ſi ante hac dilexi nunc amo.

Sed autem uero.

Sed autem uero differunt ne inter ſe? Significatõem qdem fere eandem hẽnt.
Verum ſed ſemp in principio clauſulæ ponitur: niſi aliquando apud poetas:
ut arma ſed arripuit. Vero & autem ponuntur ſemper antecedẽte aliqua di/
ctione: & diſtinguunt ſententiam a ſentẽtia: ut ego ſcribo: tu autẽ legis: ego
uigilo: tu autem dormis: Habent tamẽ aliquãdo neſcio qd differentiæ: nam
cum neqꝫ nõ ponimus autẽ: dicẽtes neqꝫ autem: ſed dicimus neqꝫ uero. Item
tum propter hoc: tum uero propter illud: nõ tum autem propter illud. Econ
trario nõ dicimus: non uero: ſed non autem: ut ſum amicus eius. non autem
æmulus. mutemus aduerbium & habebit locũ uero ſic ſum eiꝰ amicus æmu
lus uero nõ: uel æmulus autem nõ. Itẽ uero aliquãdo in principiis ſiue oratio
num ſiue epiſtolarum ponitur autem nõ. Virgilius. Egregiam uero laudem:
& ſpolia ampla refertis. & ad Sulpitiũ ſcribẽs. Cice. ita epiſtolã icipit. Ego ue/
